Toletana Canonicatus.

8

Stantibus &c.

Dub: = *An sit procedendum ad ulteriorem legitimam executionem Litterarum Apostolicarum in casu &c.*

1. Reu. Pater: QVoniam totum huius Causæ momentum consistit in exceptione prætensæ Impuritatis ex parte Rmi Capituli Toletani contra; Principalem impictæ sub figurato prætextu, quod Donna Isabella de Torres quinta Auia Principalis potuisset esse Consanguinea, siuè Descendens, aut collateralis vnius ex quatuor Personis de Familia Torres Siguntina de crimine Iudaismi condemnatis à Tribunali Inquisitionis anno 1541. 1544., & 1551. quorum Sambeniti, seù Tabellæ turpes sunt affixæ in Sancta Ecclesia Siguntina *Summ. principali nu.* 44., *& Summario additionali num.*16., hinc congruum duxi statum dictæ Familiæ tunc temporis referre, & actus positiuos, quibus progressu temporis Descendentes dictæ Isabellæ condecorati fuerunt, quo tempore, quaue de causa ortum habuit dicta exceptio, ad hoc, vt Rmi PP. agnoscant quàm insubsistens, & iniusta sit dictæ Impuritatis exceptio, & quàm iniustè vexetur Principalis, & quot iniustis subterfugijs conculcatus fuit honor Familiæ adeò insignis, & Nobilis. *Exordium.*

2. Anno enim 1541. fuerunt cremati duo de Familia Torres in Ciuitate Siguntina ob crimen Iudaismi; nempè *Ludouicus de Torres Farmacopola Ciuis, & naturalis Siguntinus, Ioannes de Torres Christianus nouus ex Iudæo Ciuis loci de Torixa, & naturalis Siguntinus, Gabriel de Torres Ciuis, & naturalis Siguntinus filius dicti Ludouici de Torres Farmacopolæ = Summ. additionali num.*16., *& principale num.*44. *Facti relatio, & referuntur tabellæ turpes Sambeniti nuncupati affixi in Ecclesia Siguntina illorum de Familia Torres anno* 1541.

3. Eodem anno 1541. de mense Nouembris decessit Isabella de Torres Vxor Alphonsi Molina, quæ nunc prætenditur; Consanguinea dictorum de Familia Torres Siguntina, quæ fuit sepulta in Ecclesia Cathedrali cum honorifica inscriptione ibi = *quì stà sotterrata l'onorata Signora Isabella de Torres, che Iddio l'abbia, che fù Moglie di Alfonso Molina morì Domenica 6. del mese di Nouembre* 1541. *Summ. principali num.*12. In lapide autem sepulchrali aderant insculpta Arma, & Insignia Nobilis Familiæ Torres, & in illis inserta, & coniuncta Arma, & Insignia Sanctæ Ecclesiæ Siguntinæ, *d. Summ. Summario num.*42. *litt.E.* Anno postmodum 1544. fuit Ecclesiæ reconciliatus Ioannes Torres naturalis Medinæ Cæli, & Ciuis Siguntinus *d. Summario addit num.*16. *litt.D.*, *& principale num.*44., & eodem anno decessit Alphonsus Molina Maritus dictæ Isabellæ de Torres, qui pariter more Nobilium sepultus fuit in Ecclesia Cathedrali cum honorifica inscriptione, Armis, & Insignijs suæ Familiæ, in quibus erant inserta pariter Arma, & Insignia Sanctæ Ecclesiæ Siguntinæ, & illius Rmi Capituli *dicto Summario principali num.*35. *litt.A.B.C.*, & hæ inscriptiones fuerunt lectæ, & compulsatæ à Ministris Sanctæ Inquisitionis anno 1646. in *d. Summ. principali num.*42. filij, & Descendentes Isabellæ de Torres semper nobiles, & puri sanguinis reputati fuerunt, & gauisi fuerunt in dicta Ciuitate Officijs, & muneri-

Sepultura honorifica, & more Nobilium Isabellæ de Torres eodem anno 1541.

Refertur Sepultura more Nobilium Alphonsi Molina mariti d. Isabellæ.

neri-

neribus, quæ per Sanguine puros, & Nobiles exerceri consueuerunt Alphonsus de Molina Maritus dictæ Isabellæ fuit iudex ordinarius status nobilis in Ciuitate Siguntina anno 1516., & Hernandus de Salazar eius Leuirus dicti Isabellæ de Torres fuit etiam Judex Ordinarius anno 1547. status nobilis *Summ. 4. num. 1. liet. A. B.*, *& C. & in Summ. principali num. 45. lit. F.*, *& H.*, & nunquam per sæculum, & vltra filij, & Descendentes Isabellæ de Torres reputati fuerunt Consanguinei illius Familiæ, vt Testes examinati à Canonico Toletano deposuerunt, nam Processus contra dictos Infectos labe Iudaica confecit Alphonsus Fernandez Secretarius Sanctæ Inquisitionis vnà cum duobus Notarijs Secreti *Summ. addit. num. 17.*, *& principali num. 44. litt. B.*, qui quidem Alphonsus Fernandez Secretarius S. Inquisitionis anno 1546., & sic immediatè post condemnatos ab ipso illos de Familia Torres matrimonium contraxit cum D. Anna de Molina filia dd. DD. Alphonsi Molina, & Isabellæ de Torres *Summ. principali num. 36.*, à quibus D. Principalis descendit.

Per Seculum, & vltra Descendentes Isabellæ de Torres reputati fuerunt nobiles, & puri sanguinis, & numquam aliqua macula audita.

Alphonsus Fernandez Secretarius Inquisitionis qui damnauit illos de familia Torres Siguntina ducit in vxorem filiam Isabellæ de Torres.

4. Prædictorum filij, & Descendentes semper continuarunt in quasi possessione puritatis, & nobilitatis, nam cum dictus Alphonsus Fernandez non valuisset amplius Sanctæ Inquisitioni deseruire in munere Secretarii, ex quo in Capitulis matrimonialibus se obligauerat in Ciuitate Siguntina habitationem habere, vt ex *Summ. principali num. 36. §. Et in oltre dico &c.* hinc S. Inquisitionis Tribunal anno 1553. post contractum Matrimonium cum dicta Anna Molina Filia Isabellæ de Torres, non solum illum deputauit in Familiarem S. Officij *eod. Summ. num. 39.*, quod sanguinis puritatem requirit, sed etiam ex speciali delegatione Tribunalis S. Inquisitionis Processum formauit contra alium de Familia Torres. Ciuem Siguntinum Iudaismo inquisitum de anno 1551., vt ex testimonio Secretarij Inquisitionis *Summario principali num. 46.* versic. *Che parimente il sudetto.*

Actus positiui post d. matrimonium obtenti à d. Alphonso Fernandez.

5. De anno 1598. cum Don Petrus Salazar Nepos dictæ Isabellæ de Torres, & Alphonsi Molina prouisus fuisset in Ecclesia Siguntina munita Statuto Puritatis de Canonicatu, & Præbenda, facto per Canonicum delegatum Processu informatiuo, omnes testes concorditer deposuerunt, quod ille erat Nepos Ferdinandi de Salazar, & Mariæ Ramos de Torres, quod hec fuit *Filia Isabellæ de Torres, & Alphonsi Molina, secundo Summ. addit. num. 2. litt. C.*, & deposuerunt ibi = *e che li sopradetti Ascendenti del detto Pretendente, e li Materni furono Christiani vecchi, liberi di tutta mala razza, infamia, ò sospetto, e che non furono delli nuouamente conuertiti reconciliati, nè Penitenziati per il Santo Tribunale dell'Inquisizione, nè castigati per nessun altro con pena denigratiua d. secundo Summ. addit. num. 2. lit. C.*, & probata dicti Petri de Salazar, eiusque Ascendentium puritate fuit illi tradita Canonicatus possessio, quamplures alij Descendentes à dicta Isabella de Torres, & Alphonso Molina, tamquam puri sanguinis Dignitates, Canonicatus, & Portiones in dicta Ecclesia Siguntina obtinuerunt, nempè anno 1615. Alphonsus Fernandez obtinuit Canonicatum, anno 1624. Simeon Fernandez alium Canonicatum, alium Canonicatum obtinuit anno 1637. Joannes Fernandez de Elguetta, & quamplures alij, qui recensentur in *d. 2. Summ. addit. n. 2. litt. C. in fine, & litt. D.*

Petrus di Salazar Nepos Isabellæ de Torres Canonicus Siguntinus anno 1598., & tunc facta fuit probatio puritatis per Testes qui cognouerunt Isabellam de Torres.

Anni 1615. 1624. & successiuis temporibus Descendentes Isabellæ obtinuerant dignitates & Canonicatus in Ecclesia Siguntina.

6. Anno 1611. Alphonsus Fernandez Nepos dicti Alonsi Fernandez Se-

Secretarij Inquisitionis, & Annæ Molinæ filiæ Isabellæ de Torres obtinuit Portionem in Ecclesia Oxomensi in qua viget Statutum rigorosum puritatis, factisque per Canonicum à Capitulo delegatum Informationibus super sanguinis puritate, quibus per Capitulum recognitis declararunt ibi = *omnes vnanimes, & conformes illam approbarunt, & declararunt dictum Alphonsum Fernandez purum esse, & Christianum antiquum, habentem qualitates requisitas, & volitas à Statuto huius Sanctæ Ecclesiæ authoritate Apostolica confirmato cum ex dicta informatione constaret, prout constitit, mediante xeamine plurium Testium, & quidem qualificatorum dictum Alphonsum Fernandez esse Christianum purum, neque oriundum, aut descendentem à Iudeis, Mauris, Hereticis, neque ab antiquitus, vel recenter conuersis ad nostram Sanctam Fidem, neque ipsum Alphonsum, aut aliquem ex eius Ascendentibus penitentiatum, aut mulctatum fuisse per S. Inquisitionis Officium, aliumue Iudicem ob hæresim, neque vti suspectum à Fide Cattholica dicti secundo Summ. addit. n.*4.

Pronepos Isabellæ de Torres anno 1611. *Portionarius Ecclesiæ Oxamen habentis Statutum rigorosum Puritatis.*

7. Eodem anno 1611. Don Joannes de Tobalina Nepos Hieronymi Molina filius Alphonsi de Molina præuia probatione puritatis sanguinis fuit deputatus in Ministrum, & Officialem S. Inquisitionis *Summ. addit. num.*14.

Eodem anno 1611 *Ioannes Tabolida familiaris Sanctæ Inquisitionis.*

8. Anno 1624. Franciscus Sàns de Molina Pronepos Alphonsi de Molina, præuia probatione puritatis fuit pariter deputatus in Notarium, & Ministrum S. Inquisitionis *d. Summ. addit. n.*15.

Anno 1624. *Franciscus Sans Molina familiaris Sanctæ Inquisitionis.*

9. Eodem anno 1624., præuia puritatis probatione fuit admissus in Collegialem Collegij Lucen. in Vniuersitate Complutensi Antonius Iamon Pronepos d. Alphonsi Fernandez, & Annæ de Molina filiæ Isabellæ de Torres cum sit hæc Communitas de Statuto Rigoroso. *secundo Summ. addit. num.5. lit.E. in Interrogationibus* 7.9., & 12. *secundo Summ. addit. num.5. lit.A.*, & anno 1636. fuit pariter præuia Puritatis probatione ad idem Collegium admissus Hieronymus Iamon Frater germanus dicti Antonij *eod. Summ. n.5. lit.D.*

Eodem anno 1624. *Antonius Iamon Collegialis Collegij Lucen.*

Anno 1636. *Hieronymus Iamon Collegialis Collegij Lucen.*

10. Ex quibus agnoscere possunt Rmi PP., quod ab anno 1541., quo fuerunt condemnati illi de Familia Torres Siguntina, & decessit Isabella de Torres, huius descendentes semper fuerunt in quieta, & pacifica possessione Nobilitatis, & Puritatis, & nunquam fuit dubitatum dè puritate, & nobilitate Familiæ de Torres, nullus per sæculum, & vltra adfuit rumor, nulla opinio infectionis = Sed primum vulnus Descendentibus Isabellæ de Torres illatum fuit anno 1645. à Collegio Sancti Idelphonsi, seù Vniuersitate Ciuitatis de Alcala de Hennares, tunc enim cum Hieronymus Iamon, qui fuerat iam Collegialis Collegij Sancti Hieronymi Lucen. Vniuersitatis Compluten., vt ex *secundo Summ. addit. num.5. lit.D.* pètijsset admitti ad becham honorificam in dicto Collegio S. Idelphonsi deputato pro capienda informatione anno 1644. Doctore Moreno, susceptisque ab eo secretis informationibus, cum illę propositæ fuissent in Collegio de mense Augusti anno 1644. nulla capi poterat à Collegialibus determinatio, ex quo dictæ informationes erant adeò pessimo caracthere conscriptæ, vt legi nullo modo poterant, licèt illius lecturæ per quatuor dies incubuissent, vt liquet ex partita extracta à Iudice Compulsoriali, de qua in *secundo Summario addit. num.3. litt.E., & F.*, & repropositis dictis Informationibus de mense Maij 1645.; & sic post nouem menses dd. probationes decreuerunt

Anno 1645. *non fuit admissus ad Collegium Sancti Idelfonsi Hieronymus Iamon.*

non esse qualificatas, easque reprobarunt *eod. 2. Summ. addit. nu. 3. litt. F. §. E parimente.*

Franciscus Iamon frater d. Hieronymi post factam exactissimam puritatis probationem obtinuit familiaturã in Tribunali S. Inquisitionis anno 1646.

11. Cum autem in omnibus Collegijs Regnorum Hispaniæ inoleuerat abusus non admittendi aliquem in collegialem, quotiès aliquid *dictum, vel auditum fuerit contrà puritatem Prætendentis, etiamsi dictus, aut auditus esset falsus. & etiam ex dicto vnius falsi Testis*, vt infra probabimus, & à non admissione alicuius in Collegialem nulla datur appellatio, tamquàm ab actu facultatiuo, cum sit in mera facultate Collegialem Prætendentem admittere, vel non admittere, hinc adinuenta fuit à Doctoribus cautela, vt ille, qui similem iniuriam iniustè passus fuit recurrat ad aliam Communitatem requirentem sanguinis puritatem, & petat in illa admitti, in qua si post factam probationem admittatur, sublata remanet illa talis qualis macula, quæ ex non admissione oritur, & puritas sanguinis illustrior euadit, vt testatur *Escobar. de sanguinis puritate parte 1. quæst. 1. §. 8. num. 28.* Hac cautela vsus fuit Franciscus Iamon Portionarius Sanctæ Ecclesiæ Siguntinæ, & Frater germanus dicti Hieronymi, qui confisus in indubitabili puritate suæ Familiæ recursum habuit ad Tribunal Sanctæ Inquisitionis, tanquam fontem, & originem infectionis, cum in nullo alio Tribunali infectio alicuius melius, & funditùs sciri potest, quàm in præcitato Tribunali, & petijt in Familiarem admitti, pro quo officio obtinendo rigorosa Puritatis probatio est necessaria, hinc deputatis Informantibus, isti examinarunt *centum, & quadraginta tres Testes*, inter quos *Ministros Sancti Officij, Præbendatos, Collegiales maiores, Sacerdotes, Iudices, Conseruatores, & Homines primæ notæ, ac veracissimi Summario additionali num. 12. litt. E.*, qui Testes deposuerunt, quod *Isabella de Torres* erat naturalis Loci de Aquauiua *dicto num. 12. litt. G.*, omnesque dicti Testes deposuerunt, & cum omni distinctione declararunt, quod Familia Torres, de qua erat dicta Isabella, nullam connexionem, dependentiam, aut Parentelam habuerat cum illa Familia Torres infecta, distinguentes Descendentes vnius Familiæ ab altera, quodque in Ciuitate Siguntina aderant quatuor Familiæ de cognomine Torres, quarum vna tantùm erat infecta *dicto num. 12, litt. F., & G.*, declararunt vlteriùs Cognomen Torres Loci Aquauiuæ, quod competebat dicto Francisco Iamon esse *purum, & nobile, & vtì tale omnes vno ore qualificarunt litt. K.*, fuerunt recognita, & transcripta elogia sepulcralia Isabellæ de Torres, & Alfonsi Molina *dicto num. 11. litt. L. M. N.*, & pro comprobatione, quod Isabella de Torres erat natiua Loci de Aquauiua in Ciuitate Seguntina compulsarunt quamplura Instrumenta in dicta attestatione descripta *Summario num. 16. litt. V.*; & postmodùm Commissarij se contulerunt ad Terram Medinæ Cœli, in qua examinarunt quatuor Testes, qui deposuerunt, Isabellam de Torres fuisse Loci de Aquauiua, quodque dicta Familia in dicto loco habebat originem antiquissimam, quodque esset *nobilis, & pura litt. AA.*, & successiuè Commissarij se contulerunt ad Terram Aquæuiuæ, in qua examinarunt tresdecim Testes, qui deposuerunt, Isabellam de Torres fuisse tertiam Auiam Francisci Iamon germanam sororem Alonsi de Torres Loci de Aquauiua *litt. BB.*, omnesque deposuerunt, Isabellam, eiusque ascendentes fuisse Christianos antiquos puri Sanguinis condecoratos *nobilitate notoria, & ex primariis familijs, quodque habebat sepulturam in Altari maiori dicta Ecclesiæ cum*

suis

suis Armis, *& Insignijs litt. CC.*, dicti Commissarij in Terra Aquæuiuæ compulsarunt publica Instrumenta antiqua, ex quibus plena resultabat probatio, quod dicta Isabella de Torres erat naturalis Terræ Aquæuiuæ ibi specificata *litt. EE*, recognouerunt Cappellam, & sepulturam cum Armis, & Insigniis, quam habebat in Ecclesia dicti Loci, & comperierunt, *& Arma*, *& Stemma gentilitium esse idem, quod reperierunt in Ecclesia Siguntina super sepulcrum Isabellæ de Torres litt. FF.*, & communicatis Fiscali Sanctæ Inquisitionis dictis Informationibus, & discussa causa fuerunt dictæ probationes admissæ, & concessum dicto Francisco Iamon munus familiaris S. Inquisitionis die 24. Decembris 1646. *dicto num. 12. litt. AA.*, & successiuè anno 1647. concessum quoque fuit munus Familiaris S. Inquisitionis Don Rocco Fernandez paritèr Descendenti ab Isabella de Torres post factam, & admissam Puritatis probationem eodem *Summ. n. 13.*

Anno 1647. Roccus Fernandez pronepos d. Isabellæ familiaris S. Inquisitionis.

12. Cum autem anno 1679. Don Ioseph Fernandez de Iubera Canonicus Doctoralis Sanctæ Ecclesiæ Conchen. petijsset admitti ad becham honorificam in Collegio S. Crucis in Vniuersitate Vallisoletana, & fuisset deputatus vnus ex Collegialibus ad effectum capiendi informationem super puritate Sanguinis dicti Don Iosephi Fernandez de Iubera, dictus Collegialis inter alios examinauit quemdam Lagunez, & Parochum de Luzon inimicos familiæ Fernandez, qui deposuerunt; quod dictus Canonicus Doctoralis descendebat à Donna Isabella de Torres, quæ erat consanguinea, & de eadem familia Torres seguntina, de qua erant condemnati anno 1541. à Tribunali Inquisitionis, & ratione falsi dicti dictorum Testium non fuerunt admissæ probationes dicti Canonici Doctoralis, neque admissus ad Becam honorificam, vt deposuerunt ferè omnes Testes in Ciuitate Seguntina examinati à D. Canonico Toletano deputato ad suscipiendas Principalis Informationes, vt ex *Summario principali num. 9., & seqq.*

Anno 1679. D. Ioseph Fernandez Iubera Canonicus Conchensis non admissus in Collegio S. Crucis.

13. Cum autem subindè dictus Canonicus Doctoralis fuisset electus in Vicarium Capitularem S. Ecclesiæ Conchen. anno 1680., hinc petijt à Tribunali Inquisitionis deputari in Iudicem S. Inquisitionis; ad quem effectum requirebatur plena puritatis probatio, vbi exhibuit suam genealogiam eleuatam vsque ad Alphonsum Molina, & Isabellam de Torres, vt ex *Summario additionali num. 10. litt. F.*, & tunc erat Inquisitor Generalis totius Hispaniæ Ill. D. Didacus Sarmento, & Valladares, & Fiscalis Sanctæ Inquisitionis Conchen. D. Thomas Ozaeta, & anteà fuerunt Collegiales S. Crucis Valisoletan., vt est publicum, & notorium in Hispania, cumque esset recens non admissio dicti Canonici in Collegio S. Crucis, hinc in dicto Tribunali summa maturitate processum fuit ad inquirendam veritatem super illius puritate, & proinde deputati fuerunt in Informantes duo Commissarij *dicto num. 10. litt. C.*, qui se contulerunt ad Ciuitatem Siguntinam, vbi examinarunt triginta quinque Testes omni exceptione maiores, inter quos octo Canonicos, & Dignitates, tres Collegiales maiores, quatuor Portionarios, quatuor Collegiales Collegij S. Antonij, quamplures Sacerdotes, & Ciues Siguntinos primæ notæ, ac Ministros S. Officij, qui vnanimitèr deposuerunt de nobilitate, & sanguinis puritate omnium Ascendentium dicti Canonici, & deposuerunt, quod dicta Isabella fuit natiua Ter-

Anno 1681. idem Canonicus Conchensis post factam à Tribunali Inquisitionis exactissimam puritatis probationem fuit creatus Iudex S. Inquisitionis.

ræ de Aquauiua de familia Torres nobilissima *dicto num.* 10. *litt. I.*, concorditèr etiam dicti Testes deposuerunt adesse in Ciuitate Seguntina quatuor Familias de Torres distinctas, quodque vna nullam habebat connexionem, aut parentelam cum alia, quodque vna ex illis dumtaxàt esset infecta procedens ab illis, qui fuerunt condemnati à Tribunali Inquisitionis *dicto num.* 10. *litt. K.*, depósuerunt etiam, quod Cognomen de Torres Terræ Aquæuiuæ, quod dicto Iosepho competebat, non solùm erant Christiani antiqui, sed nobiles notorij vulgo *Idalgui*, quodque Ascendentes dicti Canonici nullam vmquam communicationem habuerunt, neque se tractarunt pro cansanguineis in actibus proportionatis, non solùm cum illis de Familia Torres infecta, sed neque cum alijs de familia Torres pura dictæ Ciuitatis Seguntinæ *dicto num.* 10. *litt.L.*, deposuernnt de actibus positiuis, quibus erat insignita dicta Familia de Sepulcris, & Insignijs, & Armis insculptis in dictis Sepulturis collocatis in Cathedrali Ecclesia *dicto num.* 10. *à litt. K. ad litt. Q.*, & præcitati Testes pro comprobatione suarum depositionum indicarunt plura Instrumenta antiqua, & deposurrunt Ascendentes dicti Canonici exercuisse officia, & munera Iudicum conseruatorum, & alia pro statu nobili dictæ Ciuitatis Siguntinæ *litt. R.*, quæ Instrumenta postmodùm per dictos Commissarios fuerunt compulsata, & in Processu inseruerunt, quæ registrantur *in dicto num.* 10. *litt. G.*, & in eodem Processu fuerunt inserti actus positiui: quibus condecorata reperiebatur dicta familia *dicto num.* 10. *litt. H.*, *& seqq.*, & præcitata Instrumenta compulsata fuerunt recognita, & reperta siue vllo inditio illegalitatis, & falsitatis.

14. Postmodùm Commissarij[1] se contulerunt ad Terram Aquæuiuæ, vbi examinarunt sexdecim Testes, omnesque contestati fuerunt, Isabellam de Torres fuisse naturalem dicti Loci, & Ciuem Siguntinam germanam sororem Alonsi de Torres, vbi familia Torres erat antiquissima, ibique habebat bona, & sepulturam in Cappella maiori dicti Loci cum stemmate gentilitio, quam recognouerunt dicti Commissarij, & comperierunt, quod stemma gentilitium appositum in dicta sepultura erat in omnibus simile illi, quod comperuerant in sepultura Isabellæ de Torres *dicto num.* 10. *litt. HH. II.*, *&* *KK.*, quæ bona, & sepulturam tunc possidebat Don Ioseph de Torres, dictique Testes dèposuerunt, vnoque ore qualificarunt dictam Isabellam, eiusque ascendentes fuisse christianos antiquos puros, & de puro sanguine, *& Idalguos notorios dicto num.* 10. *litt. LL.*, vlteriùs dicti Commissarij recognouerunt libros Ecclesiæ Instrumenta antiqua, quibus probatum remanebat, Isabellam de Torres fuisse Terræ Aquæuiuæ sororem Alonsi de Torres *dicto num.* 10. *litt. NN.*, de quibus fit in dicto Processu mentio specialis, quæ quidem Instrumenta delata fuerunt ad Tribunal S. Inquisitionis, ibique recognita, & reperta legalia sine vllo indicio, & suspicione falsitatis *dicto num.* 10. *litt. PP.*, *& QQ.*, quo Processu examinato in Tribunali Inquisitionis resolutum fuit, constare de sanguinis puritate dicti Canonici, & proindè creatus fuit Iudex Sanctæ Inquisitionis *d. num.* 10. *litt. GG.*

15. Anno 1709. prouisus fuit per Sedem Apostolicam de Canonicatu vacante in Sancta Ecclesia Toletana Don Ioseph Fernandez Iubera Principalis, & quidem in forma gratiosa *Summ. principali n.* 1., qui præ-

[1] *Anno* 1709. *Principalis prouisus fuit à Sede Apost. de Ca-*

præcedentèr in Curia munere Agentis Eminentissimi Cardinalis Portocarrero laudabilitèr functus fuerat, cumque tunc temporis in Regnis Hispaniarum non dabatur exequutio prouisionibus Sedis Apostolicę ob notoria impedimenta; hinc Principalis præsentare distulit suas Litteras Apostolicas, cumque subindè euocatus fuisset ab Eminentissimo Cardinali de Iudice tunc in Regnis Hispaniarum Generali Inquisitore, & Ministro ad hoc, vt illi inseruiret in munere Prefecti Cameræ vulgo *Mastro di Camera*, hinc se contulit ad Villam Matriti ad suum munus exercendum, & de anno 1712. de mense Maij, præuia probatione Puritatis fuit creatus Minister S. Officij *d. Summ. add. num.* 11. & postmodum euectus ad munus Inquisitoris totius Regni Murtiæ, quo est adhuc condecoratus.

nonicatu in Eccles. Toletana sed Litteras Apost.

Præsentare nequiuit ex Causis notissimis.

Declaratur ab Emo de Iudicibus Prefectus Cam.

Et præuio Puritatis probatione Minister S. Officij, & nūc Inquisitor, totius Regni Murciæ.

16. Cessatis postmodum impedimentis D. Principalis de mense Octobris 1712. præsentauìt Reuerendissimo Capitulo S. Ecclesiæ Toletanæ suam Apostolicam prouisionem in forma gratiosa, de qua in *d. Summ. principali num.* 1. præsentauit suam genealogiam ad hoc, vt caperetur informatio super puritate suæ familiæ, de qua in *Summ. num.*4. fecit depositum pro dictis Canonici Informantis, & Notarij, hinc Reuerendissimum Capitulum, & Canonici plures confecerunt Congregationes, & primo loco composuerunt instructionem secretam, qua Canonico informanti iniunxerunt, vt faceret interrogationem specialem super infectione, qua videtur notata Familia Prætendentis, & super gradu parentelæ, quo coniunctus reperitur. Prætendens cum duobus, quorum vnus non fuit admissus in Collegio S. Idelfonsi, & alter in Collegio S. Crucis, & de causa. ob quam non fuerant admissi *Summ. principali lit. A. B.*, ei pariter iniungendo, vt examinet Collegiales dd. Collegiorum, atque recurreret ad libros, & instrumenta *d. n.* 5. §. *Che il d. Sig. Fumini*, deindè secundam dederunt instructionem, qua D. Canonico de Salazar iam pro informatione capienda deputato iniunxerunt ad formam Statuti, & Indulti sa. me. Pauli IV., vt *post completam informationem deberet claudere processum, illumque sigillare & ad Ecclesiam redire Summ. n.* 6. & 7.

Anno 1712. statim post cessata impedimenta præsentat Rmo Capitulo Toletano suas literas Apost. & ab eo fuit deputatus Commissarius pro capiēdis Puritatis informationibus.

17. Habitis à d. Canonico præcitatis Instructionibus à Reuerendissimo Capitulo Toletano statim discessit, & se contulit ad Ciuitatem Siguntinam, ibique Testes examinauit, Instrumenta compulsauit, eaque recognouit, deindè se contulit ad Terram Aquauiuæ, ibique Testes examinauit, Instrumenta antiqua compulsauit, & omnia alia peregit pro sui muneris implemento, & postmodum redijt ad Ciuitatem Siguntinam, aliosque Testes examinauit, & tandem se contulit ad Villam Matriti, ibique alios Testès, & tandem quamplures Collegiales vtriusque Collegij examinauit, & agnoscens nihil aliud agendum superesse se regulando cum d. Instructione, vt *post terminatam Informationem* Processum *clauderet*, & *sigillaret*, & ad Eclesiam Toletanam rediret de qua in *Summ. principali num.* 6. *lit. A.*, hinc die 26. Nouembris 1712. sub narratiua, quod impleuerat Commissionem sibi à Reuerendissimo Capitulo datam, mandauit Notario, vt Processum clauderet, & sigillaret *d. num.* 68. & Notarius Processum clausit, & sigillauit *d. n.* 68. *lit. A.*

Referuntur diligentiæ, & probationes factæ à d. Canonico.

Canonicus informā post completā informationem mādauit claudi, & sigillari processum.

18. Hinc die 2. Ianuarij 1713. examinato d. Processu in Capitulo, & agnoscentes Canonici ex Processu informatiuo facto per suum Delegatum, non solum nulla probàta remanebat impuritas sanguinis,

Rmum Capitulum decreuit commissiorium suam commis

sed

sarium suam commissionem impleuisse sed quod probationes non essent completæ.

sed quod Puritas; & nobilitas d. familiæ vsque ad euidentiam probata remanebat, & ægreferentes, quod in Canonicum admittere tenerentur in Sancta Ecclesia Toletana Nepotem illius, qui non fuerat in Collegio Sanctæ Crucis admissus, studere cœperunt modum, quo illum non admitterent, & proindè interposuerunt decretum, *quo declararunt, Canonicum informantem suum munus adimpleuisse, quodque probationes non essent finitæ Summario principali num. 70. litt. B. C.*

Commissio auocatotis manu SS. Signata.

19. Præcitatum decretum non fuit Principali notificatum, qui proindè videns, quod post decursum plurium mensium non admittebatur ad sui Canonicatus possessionem recursum habuit ad Summum Pontificem, & obtinuit manu eiusdem signari Commissionem super executione suarum litterarum, de qua in *d. Summ. n. 71.* expeditis propterea litteris citatorijs, & compulsorialibus, illis Reuerendissimo Capitulo, & Canonicis notificatis, & assumpto Judice compulsoriali, ad hoc, vt Reuerendissimum Capitulum compelleret ad extradendam copiam Processus informatiui, statim Capitulum recursum habuit ad assertum Conseruatorem Priuilegiorum S. Ecclesiæ Toletanæ, sub prætextu quod Causa auocari non posset ad Curiam Romanam, attento quod probationes de mandato Capituli captæ non erant terminatæ, vt ex *Summ. add. num. 1. lit. A.* à quo obtinuerunt d. Iudici Compulsoriali inhiberi per d. assertum Conseruatorem *d. num. 1. lit. C.*, sed agnoscentes postmodum, illum esse omni Jurisdictione destitutum recursum habuerunt ad Supremum Consilium Castellæ petentes retineri dd. literas citatorias sub prætextu, quod Causa in prima Instantia esset per Reuerendissimum Capitulum cognoscenda, quodque probationes non adhuc essent finitæ sed Regium Consilium die 12. Decembris 1715. decreuit nullam inferri violentiam a Judice Compulsoriali, tàm in procedendo ad compulsationem Processus, quam in denegando Reuerendissimo Capitulo appellationes *d. Summ. add. nu. 3.* non acquieuit Capitulum, sed à d. Decreto reclamauit, & die 14. Decembris 1715. fuit præcedens decretum Supremi Concilij Castellæ confirmatum eodem *Summ. num. o. lit. G.* neque illis acquieuerunt Canonici d. Sanctæ Ecclesiæ, sed recursum habuerunt ad ipsummet Regem Cattholicum, qui decreta sui Supremi Concilij confirmauit, & in quorum obsequium Reuerendissimum Capitulum comparuit coram Iudice Compulsoriali declarauit se habere pro inhibito, & petijt tempus ad conficiendam copiam d. Processus eodem *Summ. add. num. 4.*, & subindè die 21. Decembris 1715. fuit inter Iudicem, & Reuerendissimum Don Dominicum Bustamante Canonicum Doctoralem d. Sanctæ Ecclesiæ, & nunc in Curia Agentem concordatus terminus triginta dierum ad faciendam, & extradendam Iudici Compulsoriali copiam d. Processus informatiui *Summ. num. 5.* & quamuis Iudex Compulsorialis omnes actus vrbanitatis exercuerit, vt copia Processus à Reuerendissimo Capitulo extraderetur, de quibus in *Summ. n. 6.* nihilominùs ex parte Reuerendissimi Capituli nouus fuit intentatus recursus ad Regiam Cancellariam Vallisoletanam. de qua in *Summ. n. 7.* qua præfata Iudici Compulsoriali notificata, suscepit terminum trium dierum ad respondendum, iuxtà stylum *Summ. n. 7. lit. C.* in fine sed Reuerendissimum Capitulum nouum

Recursus Rm̄i Capituli ad Supremū Castellæ Senatum pro impedienda executione d. Commissionis sub prætextu quod probationes nō essent finitæ quodq; non posset causa in prima Instantia auocari, ac non publicato decreto per Rm̄um Capit. Supremum Castellę Consiliū reiecit Instantiam Capituli per duas uices, & ac subindè in gradu recursus idem Ser. Rex Catthclicus non obstante notoria potentia Cap.

Nouus recursus ad Regiam Cancell. Vallisoletanam.

rium intentauit recursum contra Iudicem Compulsorialem ad eamdem Regiam Cancellariam Vallisoletanam, de quo in *Summ. nu.* 8. quam eidem Iudici notificàre fecerunt, cumque d. Iudex Compulsorialis responderet Prouisioni dictæ Cancellariæ, in qua inserere faciebat Decreta Supremi Concilij Castellæ confirmata à Serenissimo Rege Cattholico ad Domum præcitàti Iudicis Compulsorialis se contulerunt præfatus Illustris D. Canonicus Bustamante Doctoralis associatus cum alio Canonico, & pluribus Personis, & omnem viam tentarunt, etiam violentias, nè Prouisionibus Regiæ Cancellariæ responderet precitatus Iudex Compulsorialis *dicto Summ.num.9.lit.F.* & tandem post factam responsionem, & inserta Decreta Supremi Concilij Castellæ *dicto Summ. num.9. lit.G.* Cancellaria Vallisoletana à cognitione se abstinuit, quia nullam habebat aucthoritatem; nullam Iurisdictionem aduersùs Decreta Supremi Concilij Castellæ confirmata à Serenissimò Rege Cattholico *dicto num.9, lit. C. & D.* & proinde fuit coactum Reuerendissimum Capitulum copiam Processus informatiui Iudici Compulsoriali consignare quoad Vrbem, delato, & concordato Dubio coram Reuerendissimo Decano = *An literæ Apostolicæ essent exequendæ*, eoque proposito die 1. Iulij 1716. affirmatiua prodijt resolutio, non solum ex eo, quod ex dicto Processu non constiterit de aliqua impuritatis macula, *sed quia potiùs ex illo euidentèr Puritas apparuerit*, vt ex Decisione, quam impressam distribuimus, & in sequelam post illius publicationem, licèt Reuerendissimum Capitulum aduersùs dictam Decisionem nouam Audientiam postulauerit scribendo in facto, & Iure super prætensa Principalis impuritate, ac denegàta fuit noua Audientia, & decreta Causa expeditio, & proindè publicata fuit Sententia diffinitiua.

Violentiæ commissæ per aliquos Canonicos contra Iudicem Delegatum Apostolicum.

Prima Sententia Rmi Decani fauore D. Principalis.

20. Verum habito ex parte Reuerendissimi Capituli recursu ad Signaturam Iustitiæ, per quam rescriptum *fuit Alteri qui ad legitimam*, & Causa commissa fuit Reuerendissimo Ansaldo bon. mem., coram quo subscripto dubio = *An esset procedendum ad legitimam*, eoque propòsito die 13. Martij 1717. responsum fuit esse procedendum ad legitimam, vt ex alia Decisione, quam paritèr impressam distribuimus aduersùs quam Reuerendissimum Capitulum nouam Audientiam expostulauit, scribendo in facto, & in iure, quæ paritèr ei denegata fuit, cum nihil quod releuaret contra Puritatem adduxerit, sed mendicatas coniecturas, & propterea decreta fuit Causæ expeditio, & publicatum fuit decretum pro executione d. Sententiæ.

Rescriptum Sign. cum alteri Sententia b.m. Ansald. super executione precedentis Sent.

21. Intereà autem ex parte Reuerendissimi Capituli habitus fuit recursus ad Serenissimum Regem Cattholicum, cui exposuerunt, quod vigore sui Statùti non debet Prouisus ad Canonicatum admitti, nisi ex processu constiterit de puritate Prætendentis, *qui etiam non debet admitti, nisi probauerit longæuam bonæ famæ possessionem quodque tàm ipse, quàm sui Ascendentes reputati fuerint Christiani antiqui absque eo quod quicquam auditum fuerit in contrarium*. & vt ex memoriali, quod impressum distribuimus §. 1. circà finem subiungentes vlteriùs *puritatem debere esse adeò claram, vt esse debebat exempta à qualibet vmbra suspicionis*, vt ex §. 2. & supplicarunt Serenissimo Regi, vt dignaretur suam interponere Aucthoritatem ad hoc, vt d. Causa ab hoc Supremo Tribunali auocaretur, & examinanda remitte-

Nouus recursus ad Ser. Regem, vt suã aucthoritatem interponeret pro auocatione Causæ ab hoc Supremo Auditorio, & remissione illius ad Iudices de Partibus.

mitteretur Iudicibus in partibus, vt ex d. memoriali à *num.16. ad finem*.

22. Cum autem à summa Iustitia Serenissimi Regis Cattholici intentum consequi non valuerunt alio diffugio se tutarunt, nàm expeditis litteris Compulsorialibus generalibus de anno 1717. vigore illarum cæperunt agere contra Collegia S. Idelfonsi, & Sanctæ Crucis ad effectum compulsandi ex illorum Archiuijs processus informatiuos factos occasione informationis præcitati Hieronymi Iamon, & Don Iosephi Fernandez de Iubera Senioris, qui cum se excusassent, ex quo d. Processus essent Iuramento obstricti ad non patefaciendos dictos Processus hinc recursum habuerunt ad Summum Pontificem & obtinuerunt deputari Congregationem Signaturæ Gratiæ ad hoc, vt cogere pòssent dicta Collegia ad exhibendos dictos Processus, Iuramento non obstante, & proposita Causa intèr Reuerendissimum Capitulum, & præcitata Collegia prodijt rescriptum sub die 11. Ianuarij 1718. ibi = *consulendum SSmo pro compulsatione Iurium de quibus agitur*. habita per Defensores Principalis huius rescripti notitia, & videntes nullum à Congregatione Signaturæ Gratiæ fuisse præfixum terminum ad faciendam compulsationem, obtinuit ab Illustrissimo D. Auditore Sanctissimi licentiam de redeundo, & repropositado, & de mense Maij 1718. responsum fuit in *Decisis, & superfederi in Causa per sex menses*.

Expeditio litterarũ compulsorialium generalium pro cogendis Collegijs S. Idelfõsi, & S. Crucis ad exhibendos processus informatiuos. Recursus ad Cong. Sign. Gratiæ pro cõpellendis Colleg. ad dd. processuum editionem, & in prima propositione Princ. non informauit. Primum rescriptũ Sign. Gratiæ de mense Ian. 1718. Secundũ rescriptũ cum prefixione termini sex mensiũ de mense Maij 1718

23. Hi fuerunt illi sex menses, qui nunquam finierunt, numquam finierunt, nàm durante d. termino nulla facta fuit ex parte Capituli contra dd. Collegia Instantia, sed longè post lapsum d. termini nempè de Anno 1720., itaùt quicquid operatus fuit Iudex Compulsorialis extrà terminum nulliter fecit, & egit, sine Iurisdictione.

24. De anno 1721. nouam transmiserunt in d. Congregatione Signaturæ Gratiæ commissionem, qua Reuerendissimum Capitulum supplicabat, vt d. Congregatio, primo *declararet probationes, & informationes super puritate Principalis adhùc non esse completas, sed complendas: Secundo instabat concedi Compulsorias ad compellendum non solum d. Collegia, & exhibendum suos Processus, & informationes. sed etiam ad effectum habendi exhibitionem aliorum Processuum expletorum, & existentium in Tribunali S. Inquisitionis Hispaniarum, cæterorumque documentorum vbicumque reperiendorum concernentium puritatem, vèl impuritatem D. Principalis, eiusque Ascendentium, & Consanguineorum, tàm paternorum, quàm maternorum*.

Noua commissio ex parte Rmi Cap. proposita in d. Sign. Gratiæ ex cuius lectura detegitur Animus Capituli sepeliẽdi hanc Causam cum perpetua infamia familiæ Principalis.

25. Tertio supplicabant decerni, *vt eadem documenta Processus, & informationes postquam fuerint compulsata esse remittenda ad Capitulum Ecclesiæ Toletanæ, ad effectum illa recognoscendi, & discutiendi pro complemento probationum super d. puritate sanguinis*.

26. Quartò denique. *vt quousque ad compulsationem Processuum, & Iurium, eorumque recognitionem, & probationum complementum deuentum fuerit esse supersedendum in Causa, & lite super meritis, & prætensa executione Litterarum Apostolicarum*, vt ex *tertiò Summario additionali num. 6.*

27. Hanc commissionem ausum fuit Capitulum proponere facere in Signatura Gratiæ in die 17. Iunij 1721. qua intendebat, hanc Causam in æternum sepelire. sed reiecta fuit d. Commissio, mediante rescripto *nihil*, & solum concessum Capitulo, *vt vigore primi rescripti Iudex Compulsorialis procederet ad dd. Processuum compulsationem, ad quem*

Die 17. Iun. à Sign. Gratię reiecta fuit

quem effectum concessit terminum aliarum sex mensium d. tertio Summario add. n.7. quibus effluxis obtinuerunt ab Illustrissimo D. Auditore Sanctissimi aliorum trium mensium prorogationem in die 19. Decembris eiusdem anni cum clausula ampliùs *d. tertio Summ. add. n.* 8. quibus pariter effluxis intentare cæpit Reuerendissimum Capitulum noua diffugia, nouas dilationes, nouaque media, quibus posset definitionem huius Causæ effugere, sed agnita per Sanctissimum Dominum nostrum feliciter Regnantem Iniustitia Instantiarum, quæ ex parte Agentis Reuerendissimi Capituli proponebantur, mandauit Illustrissimo Auditorì, vt Causam ad Rotam remitteret: prout ex decreto d. Illustrissimi Domini Causa ad Rotam remissa fuit cum clausulà *alteri qui ad vlteriorem legitimam, & ampliùs d. tertio Summ. addit. num.*9. in cuius rescripti sequelam ex parte Principalis commissio præsentata fuit, illaque signata, cum immineret illius incapsatio, nobis iniunctum fuit, nè ad d. incapsationis commissionem procederemus attento nouo recursu ad Sanctissimum interposito ex parte D. Agentis cum supposito non verò, & agnita illius insubsistentia coactum fuit Capitulum signare facere à Sanctissimo commissionem cum clausula *Alteri qui ad vlteriorem legitimam*, vt ex Commissione eodem *tertio Summ. addit. n.*10.

d. Commissio, & concessus Rmo Cap. terminus sex mẽsiũ pro compulsandis processibus dd. Collegiorum.

Prorogatio d. termini concessa ab Illmo Aud. SSmi ad alios tres menses.

Remissio Causæ ad hoc Supremum Tribunal cum clausula alteri qui ad vlteriorem legitimam.

28. Sublatis itaque tot subterfugijs, quæ spatio aliorum quatuor annorum perdurarunt redijt Causa ad hoc Supremum Auditorium, subscriptoque præinserto dubio ex Visceribus d. commissionis desumpto contingit illud in hodierna Rota *proponi*, & rescribendum speramus *procedendum esse ad vlteriorem legitimam*, attenta irrefragabili lucida, & inconcussa Iustitia præcedentium Sententiarum.

29. Cum enim nostræ Litteræ Apostolicæ expeditæ appareant in forma gratiosa *Summ. n.*1. nulla indigent iustificatione ad hoc, vt debitæ exeruutioni demandentur probat prima huius Causæ Decisio *§. Cum enim*.

30. Non obstat, quod Principalis non debeat admitti ad Canonicatum d. Ecclesiæ, quamuis per Sedem Apostolicam prouisus, obstante Statuto Puritatis Sanctæ Ecclesiæ Toletanæ per Sedem Apostolicam confirmato, de quo in nostro *Summ. principali num.*2. & 3. ex quo ex informatione capta per Canonicum deputatum à Capitulo ad formam d. Statuti non videtur probata puritas sanguinis D. Principalis, & suorum Ascendentium.

31. Quandoquidem respondemus, quod quotiès ex Processu formato per Canonicum Informantem à Capitulo deputatum non resultet plena, & concludens probatio impuritatis tunc non potest Reuerendissimum Capitulum denegare admissionem ad Canonicatum; Reuerendissimo enim Capitulo Toletano incumbit ex Processu formato à Canonico informante probare, & quidem plenè, & concludentèr prætensæ impuritatis exceptionem, proùt constantèr contra Reuerendissimum Capitulum Toletanum ab hoc Supremo Auditorio responsum fuit, vt ex *Seraphin. decis. 55. per totum Mantica decis.*244., & ponderatis verbis, & mente d. Statuti magistralitèr *Rota dec.*167. *à n.*31. *ad finem par.*1. *recent.* & *dec.* 186. *à nu.* 4. *ad* 9. *eadem par.*1. & *dec.*196. *eadem par.* 1. in quo fuit denegata Reuerendissimo Capitulo Toletano remissoria ad effectum probandi obseruantiam Statuti quod scilicèt Prouisus probare teneatur puritatem, tàm ex eo, quod esset contra obseruantiam Romanæ Curiæ, & intelle-

Probatur quod, vt possit RmumCap. nõ admittere Prouisũ iuxtà formã in statuto præscriptam teneatur ex proc. in form. docere de perfecta plena, & concludenti prob. impuritatis,

ctum

ctum Statuti datum ab hoc Sacro Tribunali in pluribus Decisionibus vsquè tunc factis in Causis Toletanis, quæ recènsentur *in d. decis. num* 4., tùm quia obseruantia esset contra litteram Statuti, vt ex *d. decis. num.6. & dec. 204. ead. par.* 1. *& decis.* 212. cùm alijs adductis in prima huius Causę Decisione coram Reuerendissimo Decano §. *Neque poterant, & in secunda Instantia coram bon. mem. Ansaldo* §. *Absque eo*. & consequenter eo ipso, quod ex Processu facto per Canonicum Informantem super puritate Principalis, & suorum Ascendentium nòn resultet plena, & concludens Impuritàtis probatio nequiuit Capitulum retardare Principali admissionem, & possessionem d. Canonicatus, prout illam per decem annos varijs subterfugijs retardauit, & retardat.

32. Præsertim quia cum Principalis de tempore, quo Reuerendissimo Capitulo præsentauit suas litteras Apostolicas, tamquam Minister S. Inquisitionis esset in quasi possessione puritatis èo magis exacta, & plenissima requirebatur Impuritàtis probàtio, vt relatis pluribus Aucthoritatibus plenè probat *Escobar. de Sanguinis puritate par.* 1. *qu.*9. §.4. *num.*56. ibi = *qvartò, & vltimo limitatur hæc nostra principalis opinio, vt locum non habeat, cum is, aduersùs quem deponunt Testes est in puritatis, vel nobilitatis quasi possessione actuali, veluti si possident officium Sanctæ Inquisitionis. insigniam Diui Iacobi, seù militarem aliam, aùt Præbendam in Ecclesia Toletana, aùt similem obtineat honorem &c. requiritur tun veritas probationis, & reijcit priuilegiatas, & præsumptas*, & meliùs *Valenzuela cons.*92. *num.* 82. *&* 85. *Perez de Lara de Cappellanijs* 2. *par. cap.*4. *num.*15.

33. Quæ eo màgis procedunt in casu nostro, quia non solum ex dicto Processu informatiuo non constat de aliqua Principalis, ac suorum Ascendentium impuritate, sed ex Processu informatiuo facto à suo Canonico Commissario constat de illius puritate indubitabili, & exactissima, quo casu Reuerendissimum Capitulum Toletanum ex forma in dicto Statuto præscripta illum omninò admittere tenebatur, vt ex tenore Statuti *Summ. num.*3. *litt.H.* ibi = *si postmodùm factis informationibus, iuxtà Statutum, & ordinationem huiusmodi qualificatus repertus fuerit eo ipso &c. habeatur in omnibus, & per omnia &c. perinde ac si comparitionis & præsentationis suæ receptus, & admissus fuisset*, vt in alijs Causis Toletanis dixit *Rota decis.* 167. *num.* 33. 34. *& num.* 38. *&* 39. *& decis.* 185. *num.* 8. *in fine* ibi = *& per consequens qui ex probationibus à Commissario Càpituli factis reperitur non descendere à Genitoribus macula infectis, ille habet qualitatem puritatis à Statuto desideratam, iuxtà ipsius mentem, & verba, & iuxtà Decisiones in similibus Causis Statuti huius Ecclesiæ factas*. in qua dicta Sacra Rota testatur, dictam præcitati Statuti interprætationem fuisse quasi traditam per manus Auditorum Antecessorum eamque perpetuis, & constantibus suffragijs, & olim, & nunc fuisse receptam.

Ex proc. inform. nō solum nulla elici potest prob. infectionis neq; plena neq; semiplena quinimò pluribus prob. speciebus ad euidentiam probata remanet puritas.

34. Quod autem ex Processu per Canonicum informantem facto, non solum nulla minima concurrit probatio, quod Principalis procedat ab aliquo Progenitore macula Hebraismi, aùt hæresis infectæ sed ex illo plena resultat puritatis probatio, Stàtutum enim Sanctæ Ecclesiæ Toletanæ aliud non requirit, nisi, vt Prouisus procedat *ab antiquis Christianis nulla Hæbreorum, aùt Saracenorum, aut Hæreticorum macula infectis*; hæc autem qualitas, non solum probata rema-

net, ex Iuris præsumptione, iuxtà quàm quilibet præsumitur originem tràhere à Christianis antiquis, & nulla labe infectionis maculatis, vt constanter in Causis Toletanis respondit. Rota in Decisionibus, quæ recensentur in prima huius Causæ Decisione Reuerendissimi mei Decani §. *Neque poterant*, & in alia bon. memor. Reuerendissimi Ansaldi §. *Absque eo*, quæ impressæ distribuuntur.

35. Sed vltrà Iuris præsumptionem concurrunt quamplures probationum species ex dicto Processu informatiuo resultantes, & quidem prima probatio qualitatis statutariæ resultat ex Testibus examinatis a Canonico informante in Ciuitate Siguntina, nempe ex secundo Teste Canonico Ecclesiæ Siguntinæ, de quo in nostro *Summario principati num.* 9. *litt. C.* ibi = *sopra la quarta dimanda rispose sapere, che tanto il d. Pretendente, come li suoi Genitori, & Aui per ambe le Parti tutti, e ciascheduno di essi, e li loro Ascendenti, e Progenitori sono, e furono Christiani vecchi di puro sangue senza razza, nè macula di Ebrei, Mori, Eretici, nè penitenziati dal Santo Officio, e che per tali Christiani vecchi, e puliti delle dette Razze sono, e furono stimati, tenuti, e communemente reputati, e che mai seppe, intese, nè vdì veruna cosa in contrario, e che così è publico, e notorio, publica voce, e fama* = eodemque modo deposuit tertius Testis Sacerdos, & Ciuis Seguntinus *Summario num.* 10. *litt. A.* ibi = *rispose sapere, che tanto il detto Pretendente, come li detti suoi Genitori, e ciascheduno di essi, e delli loro Ascendenti, e Progenitori sono, e furono Christiani uecchi di sangue puro senza razza, nè macula d'Ebrei, Mori, Eretici, nè Penitenziati dal Sant'Officio, e che per tali Christiani uecchi di sangue puro senza razza, e macula d'Ebrei, Mori, Eretici, nè penitenziati dal S. Officio dell'Inquisizione, e che per tali Christiani uecchi, e puliti senza le dette razze furono stimati, e tenuti, communemente reputati, e mai seppe, intese alcuna cosa in contrario, com'è publico, e notorio, & è la uerità* = idem deposuit Ioannes de Arredondo antiquior ex Procuratoribus Curiæ Archiepiscopalis *Summ. num.* 4.

Prima probatio desumitur ex quinquaginta, & vltra depositionibus Testium à Canonico Commissario Capituli examinatis.

36. Post examen dictorum quatuor Testium Commissarius Reuerendissimi Capituli se contulit ad Terram Aquæuiuæ, ibique octo Testès examinauit, qui omnes deposuerunt de puritate, & nobilitate cognominis de Torres illius Terræ, & omnium ascendentium, & descendentium *Summario num.* 15. *litt. B. D. F. I. L. N. P. Q. T.*, & post compulsata, & collationata per Canonicum Commissarium Instrumenta concernentia originem Isabellæ de Torres à dicta Terra, iterum rediјt ad Ciuitatem Siguntinam, ibique examinauit quamplures alios Testes, nempè Don Franciscum Lagunez Capitaneum Militiarum, qui plenè deposuit de puritate Principalis, & omnium illius Ascendentium *Summario num.* 17. *litt. B.* ibi = *disse sapere, che tanto il d. Pretendente, come li dd. suoi Genitori, & Aui d'ambe le Parti tutti, e ciascheduno di essi, e delli loro Ascendenti, e Progenitori sono, e furono Christiani uecchi di puro sangue senza razza, e macula d'Ebrei, Mori, Eretici, nè penitenziati dal S. Officio, e che per tali Christiani uecchi, e puliti delle dette razze sono, e furono tenuti, e communemente reputati, e mai seppe, intese, nè udì alcuna cosa in contrario, e che così è publico, e notorio, e publica uoce, e fama, & è la uerità* = postmodùm idem Commissarius examinauit D. Franciscum Antonium Lopez Cortes, qui paritèr plenè deposuit de puritate Principalis, & omnium suorum Ascendentium *Summario num.* 19. *litt. A.*, eodemque mo-

modo deposuit alter Testis Don Franciscus de Arriua, vt ex dicto *Summario principali num. 22. litt. A.*, deinde à præcitato Canonico Commissario examinatus fuit Don Ioseph Pardo Vlloa Ciuis Seguntinus Aduocatus Regiorum Conciliorum, qui pluriès fuit Iudex pro statu nobili dictæ Ciuitatis Siguntinæ, qui plenè deposuit *Summario num.20.litt.B.*

37. Itidem examinatus fuit à Canonico informante Don Antonius Malaguilla Collegialis major Collegij S. Idelfonsi, & Vicarius Generalis Reuerendissimi Episcopi Seguntini, *Summario num. 25. lit. A.*, idemque deposuerunt omnes alij Testes in Ciuitate Seguntina examinati vsque ad *numerum triginta*, nam exceptis duobus Testibus, de quibus infrà omnes alij Ciues Seguntini, & examinati in dicta Ciuitate ex Primarijs, & Nobilioribus, omnes deposuerunt de puritate Principalis, & omnium suorum Ascendentium, quodque ita semper fuerunt communitèr tenti, & reputati, quodque aderat, & adfuerat publica vox, & fama, itaùt, tàm Testes examinati in Ciuitate Seguntina, quàm in Terra Aquæuiuæ plenè probant puritatem, & nobilitatem huius familiæ ad formam Statuti Toletani, cum puritas, & nobilitas probata plenè remaneat ex fama, & communi reputatione, vt plenè probat *Escobar.de sanguinis puritate par.1.quæst.10. §.2.nu.2.cum plurib.seqq.*

Testes examinati in villa Matriti originarij Ciuitatis Siguntinæ plene deponunt de puritate, & nobilitate familiæ Principalis, & omnium ascendentium.

38. Neque contrarium deposuerunt alij Testes viri insignes ab eodem Canonico Commissario examinati in Villa Matriti, nempe Don Emanuel de Ayala Parochus S. Ginnesij dictæ Villæ, qui plenè deposuit de puritate, & nobilitate Principalis, & omnium suorum Ascendentium *Summario num.* 48. *lit. A.* ibi = *disse sapere, che tanto il d. Giuseppe de Quignores de mudino, come il suo nipote pretendente, e li di lui Genitori, & altri Aui tutti, e ciascheduno di essi, e delli loro Ascendenti, e Progenitori, delli quali hà notizia sono, e furono Christiani vecchi, puliti, e senza razza, ne macula d'Ebrei, Mori, Eretici, nè penitenziati dal S. Officio, e che per tali Christiani vecchi puliti, e senza le dd. razze sono, e furono auuti, tenuti, e communemente reputati, e mai seppe, intese, nè vdì veruna cosa in contrario, e che così è publico, e notorio, publica voce, e fama, e sempre nel d. tempo, che dimorò in Siguenza, e doppo sin'al giorno d'oggi intese parlare con gran stima, & apprezzo di questa Famiglia, e tutti li suoi indiuidui &c.* Idemque deposuit secundus Testis examinatus in Villa Matriti, nempe *Pater Iosephus S. Mariæ Religiosus Regij Conuentus S. Hieronymi, qui fuerat Definitor, & Superior generalis suæ Religionis Summario num.* 49. *lit. A.* Idem deposuit tertius Testis examinatus in villa Matriti, nempe P. Franciscus à Sancto Iosepho Prædicator Cattholicæ Maiestatis *Summario num.* 50., idemque deposuit Doctor D. Hiacinthus Munoz Cappellanus honoris, Prædicator Cattholicæ Maiestatis, & Curatus Regij Palatij *num.* 51., & quintus Testis Don Hieronymùs Portocarrero Familiaris suæ Maiestatis *num.* 52., & Don Ioseph Portocarrero Eques Calatrauæ *num.* 53., idemque deposuit Don Nicolaus de Villa Secretarius Suæ Maiestatis *num.* 54. *lit. A.*, & examinatus Reuerendissimus Pater Generalis Ordinis S. Francisci paritèr deposuit de puritate sanguinis D. Principalis, eiusque omnium Ascendentium *num.55.lit.A.*

39. Præterea Canonicus Commissarius in eadem villa Matriti testatur examinasse alios nouem Testes, quorum nomina specificantur om-

omnes primæ notæ, & nobilitatis, qui omnes pariter deposuerunt de puritate, & nobilitate sanguinis D. Principalis, & omnium suorum Ascendentium, vt ex *Summario num. 56*, itaut in villa Matriti examinati fuerunt decem, & septem Testes Primarij Curiæ Matricensis omni exceptione maiores, & quasi omnes sunt Diœcesani Seguntini, & omnes fuerunt educati, aut habitatores dictæ Ciuitatis, qui omnes concorditèr deposuerunt de puritate sanguinis Domini Principalis, eiusque Progenitorum ex vtraque linea ex quorum depositionibus est indubitatum resultare perfectam Puritatis probationem, & remanet vsque ad euidentiam Statuto satisfactum, quia dicti Testes, non solùm deposuerunt de certa scientia, sed de communi reputatione, & fama publica, quod solum sufficeret, vt diceretur probata perfectè, & concludentèr qualitas puritatis, vt supra probaui.

40. Aduersus tot Testium depositiones, qui sunt numero 55., qui omnes deposuerunt de puritate Principalis, & omnium suorum Ascendentium de communi reputatione, & publica voce, & fama opponit Reuerendissimum Capitulum tres Testes examinatos in Ciuitate Siguntina, nempè primum Testem, de quo in nostro *Summario num. 8.*, qui nihil penitùs deponit, sed solùm dicit, quod cum habuisset notitiam, quod N. Iamon non fuerat admissus ad becham honorificam in Collegio S. Idelfonsi, at Patruus Principalis ad illud Sanctæ Crucis, & è conuerso sciens, tàm Patruum Principalis, quàm ipsum Principalem fuisse qualificatos in Tribunali S. Inquisitionis, *quod suspendebat suum Iudicium dicto Summario num. 8. lit. C.*, & sic nihil deponit, neque super puritate, neque super impuritate illius.

Capitulum tam in hoc Supremo Auditorio, quàm in Signatura Gratiæ opponebat depositiones trium Testium examinatorum in Ciuitate Siguntina.

Quorum primus nihil deposuit ad Capituli intentum.

41. Secundo opponitur depositio Don Benedicti Martinez Canonici Ecclesiæ Siguntinæ, & Ciuis Ciuitatis Toletanæ, qui in prima depositione deposuit, quod ex eo, quod Patruus Principalis non fuerat admissus ad Becham honorificam in Collegio S. Crucis audiuit malè loqui de dicta familia *Summario num. 20. lit. A.*, & deposuit de auditu, quod Causa non admissionis *processit ab Isabella de Torres* vxore Alfonsi Molina, quam *in confuso* audiuerat fuisse pœnitentiatam, & *infectam* Iudaismo *dicto num. 20. lit. D. E.*, deponit omnia prædicta audiuisse *à Canonico Retuerta defuncto*, & Canonico *Paxares* in congressibus familiaribus *lit. F., & G.*, deposuit audiuisse dicere, quod Isabella de Torres fuit Terræ Acquæuiuæ, qui *si probaretur esse de familia Torres Terræ Aquæuiuæ erat puri sanguinis*, si vero de familia Torres Siguntina crederet esse infectam, & non poterat adduci, vt crederet, quod illi, qui deposuerunt in processu informatiuo facto in Collegio S. Crucis falsum deponere voluissent *lit. M.*, & *deponit scire*, quod illi, qui deposuerunt in dicta informatione, *erant inimici Familiæ Fernandez lit. N.*, sed subiectus nouo examini dictus Canonicus Benedictus Martinez præcedentem suam depositionem declarauit, & dicit *non esse verum, quod in præcedenti deposuerat, Isabellam de Torres fuisse pœnitentiatam à Sancto Officio Summario principali n. 32. litt. A. deposuit; quod quando deposuit audiuisse vniuersalitèr malè loqui de dicta Familia, non intelexisse dicere ab omnibus, sed solùm in congressibus familiaribus habitis cum Canonico Retuerta, Canonico Paxares, & suo Patruo litt. C.*

Secundus quamuis Canonicus Siguntinus est Ciuis Toletanus, & deponit de solo auditu à Canonico Retuerta defuncto, & Canonico Paxares.

42. Hæc sunt, quæ deposuit hic Canonicus contra Puritatem Familiæ Principalis, alter verò Testis est Canonicus Paxares de eadem

Refertur depositio Canonici Poxetro

Die-

paritèr Diœcesis Toletanæ, & pariter deponit de auditu ab eodem Canonico Retuerta.

Diœcesi Tolètana *dicto Summario principali num.* 23., qui paritèr solùm deposuit de congressibus familiaribus habitis cum dicto Canonico Martinez, & dicto Canonico Retuerta defuncto *dicto num.* 23. *lit. B.*, quodque in dictis congressibus familiaribus, inter ipsos habitis non poterant se persuadere, quod si non esset vera infectio Isabellæ de Torres voluisset Collegium Sanctæ Crucis non admittere Patruum Principalis *litt. E.*, deponit *de inimicitia inter Familiam Lugunez, & Familiam Principalis lit. E.*, quódque ea non obstante non poterat credere, quod Testes etiam inimici in hac materia graui, falsum deponere voluissent, *& propter magnum conceptum, quem habebat dicti Canonici Retuerta se fecit conuincere ad adhærendum illius opinioni, quod Isabella de Torres fuisset de familia de Torres Siguntina, & non de familia Torres Loci de Aquauiua dicto num.* 23. *lit. Q.*, *& R.* ibi = *e come esso Testimonio haueua formato tanto gran concetto della litteratuta, intelligenza, e notizie del d. Retuerta diede assenso al suo medesimo giudizio, perche pær darlo li racconto altri casi consimili, e di alcuno ne haueua notizia esso Testimonio, ch'era vero, e però si lasciò conuincere à quel medemo, che assentiua, e giudicaua d. Retuerta di non esser d' Acquauiua la d. Isabella de Torres.*

Testes de auditu nihil probant præsertim quia ille à quo audiuerunt dicebat de sua credulitate.

43. Cum autem dicti duo Testes *non deposuerunt de certa scientia*, quod Isabella de Torres esset infecta cum ambo dicti Testes id nescire deposueruut, neque *deposuerunt de publica voce, & fama, & commune reputatione de infectione* dictæ Isabellæ de Torres, sed *solummodò de auditu à Canonico Retuerta*, & de credulitate, & opinione dicti Canonici Retuerta à cuius auctoritate se conuincere fecerunt ad credendum, quod Isabella de Torres procederet à familia Torres infecta, vtique nullam constituunt probationem, quia in hac materia Testes de auditu nihil probant, nisi vltra auditum concurrat probatio publicæ vocis, & famæ vnà cum communi reputatione, vt plenè probat *Escobar. de sanguinis puritate parte* 1. *quæst.* 12. §. 4. *nu.* 23. *fol. mihi* 205. ibi = *secunda nostræ principalis opinio limitatur, vt probatio auditus tantum locum habeat cum simul fama concurrit probata cum alijs adminiculis secundùm Doctores communitèr in dicto Capitulo, licet ex quadam, vbi Ioannes Andreæ &c. itaut sola auditus probatio non sufficiat.*

Testes de auditu nō probant nisi insimul concurrat probatio famæ inconcussæ, & constantis.

44. Indubitauter quia non deponunt audiuisse à pluribus fide dignis ad hoc, vt secundum rigidiorem opinionem Testes de auditu aliquod facere possent adminiculum, sed deposuerunt audiuisse *ab vno* scilicèt à Canonico Retuerta, quo casu nullam penitùs constituunt probationem, seù adminiculum, vt probat idem *Escobar de sanguinis puritate d. par.* 1. *quest.* 9. §. 4. *n.* 9.

Canoticus Ruituerta dd. duobus Testibut dicebat, quod ipse veritatem nesciebat, quia numquam audiuerat Isabellam de Torres fuisse penitentiatā & multò minus, quod esset descendens, aut consanguinea illorum de familia Torres infecta.

45. Præsertim quia dictus Canonicus Retuerta in dictis colloquijs familiaribus præcitatis Canonicis ingenuè fassus fuerat, ipsum *veritatem nescire*, vt depòsuit dictus Canonicus Paxares *d. Summario n.* 23. *lit. N.* ibi = *e dimandando il d. Testimonio all'accennate Retuerta, come mai poteua essere, che la d. Isabella de Torres fosse dell'infetti di Siguenza, essendo stata questa vna famiglia tanto nobile, e di tanti atti positiui, tanto nella Città, come Prebendati, e con sepolture onorifiche gli rispose, CHE LA VERITA' DI QVELLO REALMENTE ERA, NON LO POTEVA SAPERE, PERCHE NON AVEVA INTESO DIRE, CHE LA DETTA ISABELLA DE TORRES FOSSE STATA PENITENZIATA NELLA SVA PERSONA MA' NE TAMPOCO PO-*

POTEVA DISCERNERE, SE ERA DESCENDENTE, O FIGLIA, O NIPOTE DELLI TORRES, CHE SI CONVERTIRONO L'ANNO 1492., *CHE SEGVI' L'ESPVLSIONE DEGL'EBREI* = Si itaque dicti duo Testes deposuerunt de infectione Isabellæ de Torres de solo auditu à Canonico Ruetuerta, qui ipsis ingenuè fassus fuerat *nescire veritatem, & nunquam audiuisse*, Isabellam de Torres fuisse pœnitentiatam, & nescire, an esset filia, aut nepos illorum de familia Torres Hæbreorum, & conuersorum ad Sanctam fidem, vtique præcitatis Testibus, tanquam deponentibus de auditu ab illo, qui veritatem nesciebat nulla fides est adhibenda, quia quemadmodùm non probat depositio illius, qui nescit veritatem facti, multo minùs probare potest depositio illorum, qui deposuerunt de auditu ab illo, qui veritatem facti nesciebat, vnde non possumus capaces nos reddere, quo pacto audeat Reuerendissimum Capitulum facere fundamentum in depositione duorum Testium deponentium de auditu ab vnico Teste Canonico Retuerta, qui ipsos Testes admonuerat, ipsum nescire *facti veritatem*.

46. Quid dicendum in hoc casu, quo habemus depositiones septuaginta, & vltrà Testium deponentium cum conuincentibus rationibus, *& de certa scientia de puritate Isabellæ de Torres de publica voce, & fama, & communi reputatione*, in quorum concursu, vtique Reuerendissimum Capitulum spernere debebat depositionem dictorum duorum Testium deponentium de auditu à Canonico Ruetuerta, qui nesciebat veritatem facti, & nunquam audiuerat Isabellam de Torres fuisse pœnitentiatam, & nescire professus fuit, an Isabella de Torres esset descendens ab illis de familia Torres conuersis ad Fidem Cattholicam. Sed suum Iudicium veritati adaptare debebant, iuxtà tradita per *Escobar. de sanguinis puritate parte* 1. *quæst.* 9. §. 4., qui post tradita requisita de iure necessaria, vt Testibus de auditu aliqua fides adhiberi possit *dicto* §. 4. *à num.* 1. *ad num.* 70. *num.* 80. ita concludit ibi = *quæ omnia simul in auditus probatione concurrere requiritur, quia hoc genus probationis etiam in antiquis maxima laborat suspicione fragile, & prosternabile à Doctoribus appellatur, vt constat ex adductis per Crauett. &c. quia sicut ex se facile est audire, ita facile est credere, quamuis nec fundamentum, nec veritatis tramitem, quod dictum est capiat cap. cum in iuuentute de purgat. canonica, imo sunt homines prauæ naturæ, & faciles ad credendum prima &c. itaut nec tranquilitas, nec portus securus puritati, nec honori nobilium inueniatur, quia facile ex praui auditu, & leui hominum credulitate decore prosternantur familiæ, & Posteri dehonestantur cum maximo Regni, & Reipublicæ detrimento, vt latè probaui suprà*, & dicam infrà *secunda parte quæst.* 1. §. 1., *& seqq.* = *Ex quibus Iudices harum causarum plurimum animaduertere debent, an Testes aliqua parte suspecti sint, an odio, an inimicitia, an ex meliori contrariorum Testium ratione fragilitentur, seu eorum fides minuatur, quia his, & similibus casibus fidem amittant, nec credi debent, vt animaduertunt &c. & omnibus probrè pensatis pro suo arbitrio ex Iure ratione, & æquitate pensatis inspicere debent, quanta sit Testibus de auditu fides adhibenda secundum Abbatem &c.*

45. Idcircò mirari non possumus, quod Reuerendissimum Capitulum Toletanum desumere velit impuritatis probationem ex dicto duorum testium, quos prauos homines, & facilès ad credendum nuncupat Escobar, vt supra, qui crediderunt canonico Retuerta

ve-

veritatem nesciendi, & deposuerunt de auditu ab eo, qui dictis testibus ingenuè fassus fuerat *veritatem nescire*, vt rectè ponderat nostra decisio Rmi Decani §. *Neque vlla in fine*.

Dicti duo testes deposuerunt de visu, & certa scientia de communi opinione, & publica reputatione, & aestimatione quod dicta Familia esset ex nobilioribus Ciuitatis Siguntinae.

46. Verum Rmi PP. dicti testes videntur potius probare puritatem huius Familiae: nam ambo deponunt de communi reputatione, & opinione puritatis, & nobilitatis huius Familiae, dum Canonicus Martinez Pedernoso in secunda sua depositione facta coram Canonico Toletano informante, de qua in nostro *Summ. num.32. lit.D.* ibi = *& anche auerte, che con questa sua deposizione non è l'animo, & intenzione sua di togliere alla Parte lo splendore publico, e la stima, e decoro ciuile, colle quali hà ottenuto li primi posti, & impieghi della Republica, essendo stata stimata sempre la sua Famiglia per vna delle Prime della Città, e questa è la pura verita* = Canonicus verò Paxares alter testis de hac publica, & communi reputatione idem deposuit *dicto Summ. num.23. litt.N.* cuius verba supra transcripsi *num.43.* Cum enim dicti duo Testes deponant de communi reputatione Puritatis, & Nobilitatis huius Familiae, de qua deponunt de certa scientia, & de visu, vtique ex eorum dicto desumitur probatio puritatis, quia hic est vnus ex modis probandi puritatem, scilicet ex depositione testium de communi reputatione, vt plenè probat, adductis infinitis authoritatibus Escobar de sanguinis puritate *par.1.quaest.10.§.2. num.17.*, quocirca si isti duo testes deponunt de puritate, & nobilitate Familiae, & Descendentium ab Isabella de Torres, in qua parte probant, non est attendenda illorum depositio circa ea, quae deposuerunt de auditu à Canonico Retuerta, nam dicti testes non crediderunt veritatem ipsis notam ex communi reputatione circa nobilitatem, & puritatem huius Familiae quam videbant, & credere voluerunt d. Canonico Retuerta, qui veritatem nesciebat, contra quos ita inuehitur Escobar de sanguinis puritate *par.1. quaest.12. §.3, num.46.* ibi = *aliud periculum, quod ex praedictis sequi superius dixi est quod sunt quidam, qui ex sola maculae assertione, etiamsi falsa appareat Praetensorem, & suum genus maculatum iudicant, quod certò maximum delirium est, & correctione dignum, atque in animae foro valdè periculosum &c.*, & infrà &c. *qui licet Puritatis veritatem agnoscant potius mendacijs, & fallacijs adhaerent, veritatisque nigrescunt splendorem, & mendacijs extollunt execrabilem prauitatem, qui non FACTVM, SED DICTVM intuentur, & quidem verum deserunt factum, & falsum amplectuntur dictum falsum descernentes pro verò, & verum pro falso.*

47. Patet itaque ex praedictis, quòd ex testium depositionibus examinatorum à Canonico informante, non solum plenè, & concludentèr probata remanet Puritas, & nobilitas Principalis, neque ex illorum dictis induci potest, neque vmbra, aut iudicium impuritatis, nunc inspiciendum est, an aliqua concludens, & perfecta impuritatis probatio, qua indiget Rmum Capitulum Toletanum ex alijs exceptionibus elici possit, & credimus nullam paenitùs, immò neque vmbram maculae probari posse.

Probatur Capitulum non posset desumere impuritatis probationem ex processibus informationis factis à dictis

48. Nam quamuis verum sit, quod Hieronymus lamon Descendens ab Isabella de Torres non fuerit admissus ad Collegium S. Idelfonsi sub praetextu impuritatis, & Ioseph Fernandez Iubera Senior non fuerit admissus ad becham honorificam in Collegio Sanctae Crucis, nihilominùs huiusmodi non admissiones factae à dd. Collegijs nullam penitus constituunt probationem, neque faciunt adminiculum in

in præiudicium Principalis, hæc est communis theorica apud omnes Hispanos Doctores, ex quo cum sint Processus informatiui, qui fiunt ad animi instructionem sine Partis citatione sine vlla Iuris solemnitate nihil penitus probant, nec faciunt adminiculum in alio Iudicio, & quoad aliam Communitatem *Valenzuela consil.90. n.115. Cundisaluus à Villadiego tit. de maleficijs cognoscendis per Inquisitores num.8.*, & plenè *Neguarol. allegat. 25. ex num.298. ad num.303. Carleual. de Iudicijs tom.2. lib.1. tit.2. disput.3. per totam Parexa de Instrument. edit. tit.10. resolut.4. num.26., & seqq.*, quæ authoritates omnes sunt punctualissimæ, nec allegari valet aliquis Doctor Hispanus qui contrarium firmet. verba autem *Parexæ num.26.* nunc transcribo ibi = *Tertio quia similibus informationibus, nec Processui informatiuo ex illis fabricato neutiquam fidem adhibendam, nec INDICIVM etiam facere, nec ad vllos Iuris effectus posse considerari doctissimè, vt assolet tradidit D. Episcopus Valenzuela d. consil.90. num.115.* in hæc verba ibi = *præterea in casu Decisionis Rotę 1001. par,3., supra relat. num.87. non fuit fides adhibita actis productis, quæ fuerunt extracta à Secreto Officij S. Inquisitionis, nec à mala fama, quæ ex eis prætendebatur resultare, nam cum Processus prædicti sint informatiui non possunt, nec debent fidem facere in alijs Iudicijs, nec virtute illorum reputari probata bona, aut mala descendentia quoad alia Tribunalia &c. quod fuit sequutum Rota referente Paulo Emilio lib.2. decis.207. num.9.* ibi = *& minus facit Processus, quia erat informatiuus absque Partis citatione, qui pariter nihil probat Angelus &c.*, & pleniùs *d. Paraxa num.28., & 29., & num.36.* ità inconcussè practicari in omnibus Communitatibus habentibus Statutum puritatis, & concludit *num.31. in fine* ibi = *in nostra autem solum compilatur Processus informatiuus, ex quo nulla depromi potest probatio, quæ Prætensori, aut eius Familiæ noceat.*

Collegijs neq; ex non admissionibus.

Processus informatiui qui fiunt à Collegiis, & aliis Communitatibus tàm ex dispositione Iuris quam ex communi vsu Regnorum Hispaniæ nihil probant immò nec faciunt adminiculum.

49. Hæc Theorica in Iure tàm firmitèr fundata, & praxi communi Regnorum Hispaniæ amplexa, quod scilicet huiusmodi Processus informatiui, qui fiunt per Communitates habentes Statuta Puritatis nullam constituunt probationem, aut adminiculum in alia Communitate, vel in alio Iudicio sufficiens esset, ne illis vlla esset fides adhibenda, & solum Rm̃um Capitulum Toletanum prætendit ex dictis non admissionibus contra omnes Iuris regulas contra communem, & inconcussam opinionem Doctorum Hispanorum, vt esse debeant tantæ efficaciæ, vt sufficere deberent, ad hoc, ne Principalis admittatur in Canonicum Sanctæ Ecclesiæ Toletanæ, & ea, quæ in alijs Tribunalibus nullam constituunt probationem nullum faciunt indicium, volunt, vt in hac causa plenam, & rigorosam constituant probationem.

50. Verùm Rm̃i PP. dato etiam, quod dictæ non admissiones in dd. Collegijs aliquod facerent indicium, aut speciem probationis contra omnia Iuris principia, & contra communem, & receptam opinionem adhuc ista remansit extincta, & conquassata ex subsequutis probationibus, nam in Regnis Hispaniæ, quoties, quis ad aliquam Communitatem munitam Statuto rigoroso non admittitur, ad tollendam illam malam opinionem, & rumorem infectionis, qui ex dicta non admissione insurgit Cautela est, vt ipse, vel alter de sua Familia petat officium in alia Communitate eodem Statuto rigoroso puritatis condecorata, ad quam si post factam puritatis probationem admittatur remanet penitùs sublata illa nebula impuritatis ex dicta

Non admissiones ad Collegio prosternuntur ex successiuis admissionibus ad alias Communitates munitas rigoroso puritatis Statuto.

dicta non admissione exorta, & Familia Illustrior, & purior euadit, vt probat *Escobar. de puritate sanguinis par.1. quæst.1. §. 8. num.28.* ibi = *est & alius modus, quo asserta macula toli, & honor reassumi valet, vt est postulatio Officij, seù Præbendæ, ad quam stricta informatio qualitatum præcedere est opus, ex quarum assecutione maximè reintegratur honor ab inimicis conquassatus, VT FIERI QVOTIDIE' VIDIMVS: sed hoc tutum est vera sanguinis puritate præditis, licèt falsò infamatis, maculati verò caueant, nam aliquando hac via macula iam oblita, seù quasi mortua iterum suscitatur cum maiori suorum infamia, & ruina &c. quæ ita propulsata à malignantium Scorpionum morsu illustrior, atque splendidior manebit.*

Franciscus Iamon anno 1646. postquam vidit Hieronymum fratrem non admissum ad Collegium S. Idelfonsi petiit familiaturam in Tribunali S. Inquisitionis, & post factam exactissimam probationem fuit admissus.

51. Hac cautela vsus fuit Franciscus Iamon fratergermanus d. Hieronymi, & tunc portionarius Ecclesiæ Siguntinæ, qui comparuit in Tribunali Inquisitionis, & petijt manus Familiaris, pro quo obtinendo requiritur plena, & exacta puritatis probatio *Escobar de puritate par.1. quæst.2. num.3.*, hinc deputatis duobus Commissarijs pro capiendis informationibus isti examinarunt *centum quadraginta tres Testes nobilissimos, & qualificatos*, qui omnes deposuerunt de nobilitate, & puritate omnium Ascendentium d. Francisci Iamon, aliasque exactissimas fecerunt probationes per Instrumenta, quæ recensentur supra in Facti relatione *§. Cum autem in omnibus Collegijs n.11.* vbi plenè referuntur omnes species probationum tum factæ, quibus examinatis concessus fuit titulus Familiaris Sancti Officij d. Francisco, tamquam puri sanguinis, vt ex *Summario addit. num. 12.* per totum.

52. Ex hac autem approbatione probationum, & facta per Tribunal S. Inquisitionis post exactissimam puritatis probationem sublata remansit illa talis qualis macula, seù rumor infectionis, qui insurgere potuit ex non admissione Hieronymi Iamon ad Collegium S. Idelfonsi, quia si vera fuisset macula impicta in probationibus factis à dicto Collegio, vtique in d. secunda informatione id fuisset detectum, & proindè stante d. admissione Illustrior euasit huius familiæ puritas, vt probat præfatus Escobar, cuius verba supra transcripsimus, & plenè quoque probat *Parexa de Instrumentorum editione tit.10 resolut.4. n.24., & n.25.*

53. Non obstante autem extinctione d. maculæ causata ex probationibus Puritatis factis in Tribunali Inquisitionis, & admissione Francisci Iamon ad officium Famitiaris Sanctæ Inquisitionis, adhuc tamen cùm anno 1679. Canonicus Doctoralis Ioseph Fernandez de Iubera Patruus Principalis petijsset admitti ad Becham honorificam in Collegio Sanctæ Crucis deputato Collegiali ad effectum capiendi informationem duo Inimici Familiæ Fernandez, nempè quidam Lagunez, & Parochus de Luzon in hac informatione iterum deposuerunt de auditu, Isabellam de Torres quartam Auiam dicti Prætendentis defunctam anno 1541. fuisse Consanguineam illorum de Familia Torres ignobili, qui anno 1541. fuerunt condemnati à Sancto Tribunali Inquisitionis, & ratione huius falsæ depositionis de auditu non fuerunt admissæ probationes d. Canonici, vt de hoc facto plenè probant testes examinati à Canonico Toletano in Informatione nuper capta super puritate] Principalis, vt ex *Summ. principali num.9., & seqq.* inferius pleniùs examinandis. Quocircà cum d. Io-

d. Ioseph Fernandez Iubera Canonicus Doctoralis Ecclesiæ Conchen. electus fuisset Vicarius Capitularis Sede vacante d. S. Ecclesiæ, petiit in Tribunali Sanctæ Inquisitionis deputari in Iudicem d. Sanctæ Inquisitionis; quocirca deputatis duobus Commissariis, & factis plenissimis probationibus propter recentem illius non admissionem ad Collegium Sanctæ Crucis, quæ recensentur supra in Facti relatione §. *Cum autem subindè*, approbatæ fuerunt dd. Informationes, & d. Canonico concessus titulus Iudicis S. Inquisitionis, per quam officij concessionem pariter extincta remansit macula, quæ oriri poterat ex non admissione illius ad Collegium S. Crucis; vt probat præfatus Escobar, & Parexa supra citati, adeoùt non solum informationes, & non admissiones dd. Collegiorum nullam constituunt probationem, neque faciunt adminiculum, iuxtà inconcussam dd. Hispanorum opinionem, & iuxtà notissimas Iuris regulas, vt superius probauimus, sed quatenus aliquam maculæ speciem inducere potuissent, illa extincta remansisset per subsequutas admissiones ad munera Sanctæ Inquisitionis, pro quibus assequendis rigorosa puritatis probatio est necessaria; vt probat Escobar citato loco.

Don Ioseph Fernandez Iubera patruus Principalis post non admissionem in Collegio S. Crucis fuit declaratus Iudex S. Inquisitionis posuit puritaris probatione per cuius Officij assecutionem extincta remansit illa species maculæ quæ resultare potuit ex non admissione ad d. Collegium.

54. Non obstante, quod huiusmodi decreta non admissionis Collegiorum faciant Ius quoad omnes de illo genere, & familia, quoniam quotquot Doctores allegari possunt, procedunt in Sententia per Iudices Ordinarios in contradictorio Iudicio publicata: secus verò est in hoc casu, in quo Collegia nullum possunt interponere decretum super impuritate, sed solum Pretensorem non admittere, & in Archiuio secreto reponere, & si aliquod decretum interponunt, illud est nullum, tanquam latum sine Partis citatione, & sine defensionibus, & legitimis probationibus; vt in puncto probat *Parexa de Instrum. edit. tit. 10. resolut. 4. n. 24. & nu. 39. in fine*.

Non admissiones non faciunt Ius quoad omnes, neq; quoad non admissum.

55. Immò quatenus per aliquam Communitatem aliquod interponeretur decretum illud numquam transit in Iudicatum, nec firmum Ius facit, sed solum attenditur quousque contrarium probatur *Perez de Lara de Anniuersarijs, & Cappellanijs 2. par. cap. 4. num. 90. Barbos. in pastorali par. 1. tit. 2. gloss. 17. num. 39. Parexa de Instrument. edit. tit. 10. resolut. 4. num. 24. in fine* ibi = *& esto, quod aliqua feratur Sententia, aut decretum apponatur in his causis numquam transitum in Iudicatum fecit, nec firmum Ius ex illa Statui potest*, & sequitur *Escobar de sanguinis purit. par. 1. quæst. 13. §. 3. num. 49. & quæst. 17. §. 1. num. 53. fol. mihi 341.* ibi = *dixi vsque ad contrarium probetur, quid cum in informationibus Puritatis summariè res agatur, Sententia lata pro puritate, aut contrà, nunquam transit in Iudicatum*, vt in terminis *ex Bartholomeo Drudensi &c. animaduertunt Perez de Lara de Anniuersarijs, & Cappellanijs 2. par. cap. 4. num. 91.*, & nouissimè *Ricciulus de Neofitis cap. 7. num. 14. Barbos. de Episcop. par. 1. tit. 2. gloss. 17. num. 39.* per Textum &c. *sequitur quod possit posteà contrarium probari, & sententia retractari, & Prætensor admitti ad munus prætensum*.

56. Et subindè idem *Escobar num. 54.* ponit differentiam inter decretum non admissionis, & inter Sententias Iudiciales latas in contradictorio Iudicio firmando, primam non transire in Iudicatum, neque Statum firmare, secus verò secundam ibi = *Ex quo oritur tertia differentia inter Sententiam latam in Iudicijs Puritatis, quę numquam in rem iudicatam, nec Ius tribuit irreuocabile, & perpetuum, & admittit quandocumque probationem in contra-*

trarium, *& retractari potest*, *vt dixi*, *& inter Sententiam latam in Iudicijs ordinarijs nobilitatis in Regijs Cancellarijs*, *quæ in rem transit iudicatam*, *& ius irreuocabile tribuit ei*, *pro quo fuit lata*. Cum itaque huiusmodi decreta, quæ proferuntur à Communitatibus habentibus Statuta Puritatis non transeant in Iudicatum, neque ius irreuocabile firmant, sed durant, quousque fiunt Puritatis probationes, vtique Processus, & decreta dd. duorum Collegiorum nullam amplius habent efficaciam, nullum vigorem, ex quo illi, qui non fuerunt ad dicta Collegia admissi, fecerunt plenissimas suæ Puritatis probationes in Tribunali Inquisitionis, & obtinuerunt munera, quæ sine perfecta, & concludenti puritatis probatione nequibant, etiam cessauit eorum effectus, & in nulla amplius haberi debent consideratione.

Collegia non admittunt Prętensorem etiam in casu quo de asserta macula deponunt falsi testes.

57. Quæ si procedunt quoad omnes Communitates habentes Statuta Puritatis, quanto magis procedere debeat quoad Collegia, quæ non solum requirunt, vt ex informatione constet de puritate, sed quod peius est, requirunt, vt contra Familiam Prætendentis numquam quicquam dictum, vel auditum fuerit in contrarium, itaut etiam ex dicto vnius falsi testis Prætensorem excludunt, de hac Collegiorum praxi testantur plures Doctores Hispani, quos recenset Escobar acerrimus horum Statutorum Defensor *par.1. quæst.12. §.3. n.46.* ibi = *& quos peius est sunt Communitate*, *quæ ita intrepidè obseruant*, *vt nunc inuehi cogar*, *nec detineri valeam in eos Puritatis tàm cupidos*, *qui non tantum Iuris humani*, *sed etiam Dei*, *& naturalis rationis*, *iustitiæ*, *& æquitatis pænitùs obliti audeant asserere*, *quod Inimicorum falsæ assertionis tanti sint*, *vt sufficiant ad excludendum Prætensorem*, *quid inopsius!* & subiungit *num.50.* ibi = *& præcipua Collegia non contenta probatione effectiua super puritate requirant*, *quod nihil vmquam auditum fuerit*, *vel dubitatum in contrarium*. Et de eadem Collegiorum praxi iterum testatur *Escobar. par.2. quæst.9. §.1. num.48. vnde etiam intelligendus venit Ferdinandus Vasquez*, *qui insurgere videtur aduersus Puritatis Statuta*, *& contra modum inductum circa eius probationem*, *præsertim in Collegijs de quibus loquitur*, *quam valdè commendat*, *& laudat Valenzuela conf.90. n.19. &c. vt loquatur*, *non de probanda puritate per famam &c. sed de stricto*, *& valdè rigido probandæ puritatis modo introducto in quibusdam Communitatibus MAXIME'*, *IN COLLEGIIS*, *in quibus requiritur*, *quod nec macula verè existat*, *nec sit dicta*, *neque audita*, *etiamsi falsa extiterit*, *& cum mendaciis à maleuolis excogitata &c. quod maximè inhumanum est*, *Iure*, *& ratione reprobatum*, *nec quidem ferendum*, *quia Iudices debent iudicare*, *non secundum dicta*, *& falsò asserta* = & testatus quoque fuerat idem *Escobar. 2. par. quæst.4. artic.3. & quæst.7. num.3.*, quod adeò verùm est, vt gl. me. Philippus IV. volens huic inconuenienti prouidere pragmaticam publicauit, ex quo Collegia non contentabantur de probatione Puritatis, sed requirebant, quod nihil dictum, vel auditum fuerit in contrarium, vt ex verbis dictæ Pragmaticæ transcriptis ab *Escobar. par.1. quæst.12. §.3. num.50. in fine*, *& par.2. qu.7.* in principio, itaut negari nequit, quod in Collegijs Regnorum Hispaniæ introducta fuit antiqua praxis non admittendi ad Collegia illos aduersus, quorum puritatem aliquid dictum, vel auditum fuerit, etiam si constaret *dictum*, *vel auditum esse falsum*.

Philippus IV. dicto inconuenienti consulere curauit mediante pragmatica quam publicauit, & confirmari obtinuit ab Vrbano Octauo ...

Re-

58. Respondent tantum Defensores Rmi Capituli, dictam praxim fuisse introductam in Collegio Conchen. Salmanticensi, non autem in Collegijs Sancti Idelfonsi, & Sanctæ Crucis, quia Doctores omnes, & ipsamet pragmatica Philippi Quarti testantur de hoc abusu introducto in omnibus Collegijs Regnorum Hispaniæ, & vtinam id verum non esset.

59. Sed quid controuertere velint Illmi Canonici S. Ecclesiæ Toletanæ, qui veritatem non exposuere SSmo, & Serenissimo Regi Catholico, quod Statutum d. S. Ecclesiæ, non solum requirat Puritatis probationem, sed etiam, quod probari debeat contra Prouisum nihil vmquam fuisse auditum in contrarium, quodque sufficiat vmbra infectionis ad effectum, ne teneantur admittere, id enim exposuerunt in Memoriali manu scripto, & impresso, dato die 26. Aprilis, & 2. Iunij currentis anni ad SS. per manus Illustrissimi Maresuschi vbi *& osseruato* (parla del Statuto) *inuiolabilmente per due secoli, che niuno puol essere ammesso alli Canonicati, e Prebende di essa Metropolitana, se non haueua prouato, e constarà, che descenda da puri, e veri Christiani, senza dubio d'infezzione, ò macchia alcuna d'impurità, e descendenza d'Ebrei, Saraceni, ò Eretici da riconoscersi, e giudicarsi dal Capitolo &c.* in alio Serenissimo Regi, quod impressum separatim distribuimus §. 1. in fine ibi = *douendosi anche prouare nel Pretendente il possesso d'vna buona fama, e che tanto egli, quanto li suoi Ascendenti siano stati reputati Christiani antichi SENZA ESSERSI INTESO COSA VERVNA IN CONTRARIO, & §. 2. in questa forma ò Sire si è conseruato lo splendore della Santa Chiesa di Toledo dell'anno 1548., che fù stabilito lo Statuto, senza che nel trascorso di tanto tempo vi sia stato ammesso veruno, che non abbia esattissimamente giustificato le qualità in quello richieste APPVRANDOLA DA OGNI OMBRA ANCHE LEGGIERISSIMA DI SOSPETTO.*

Capitulum tam Serenissimo Regi, quam Summo Pontifici exposuit in d. Ecclesia nunquã fuisse admissum in Prębendatum contra quem adesset qualiscumq; rumor infectionis.

60. Ex quibus agnoscere possunt Rmi PP., quod Canonici Ecclesiæ Toletanæ in tantum non admiserunt, & approbarunt informationem factam à Canonico informante, & D. Principalem ad possessionem Canonicatus non admiserunt, non quia ex illo non constabat de puritate Familię Principalis, sed quia ex d. Processu constabat, quod contra puritatem d. Familiæ aliquid dictum, vel auditum fuit confirmantes in hoc cum illa opinione, quæ viget in Collegijs adeò à Doctoribus detestata, tamquam contra legem diuinam, & humanam, peccaminosa, & iniustissima, vt probant Doctores Hispani superius relati, & quoad Canonicos Ecclesiæ Toletanæ est magis detestabilis, tum quia ipsi habent Statutum requirens probationem perfectam impuritatis, vt Prætensorem iustè admittere non possint, vt supra probaui §. 32. Sed etiam quia omnes, & singuli Canonici iurant in primo ingressu d. Statuti obseruantiam, quocirca si Statutum Toletanum requirit veram, & certam impuritatis probationem, si iurant illius obseruantiam, vtique Rmi Canonici prætendentes excludere Principalem ex solo auditu, aut dicto in contrarium, non solum agunt contra legem diuinam, & humanam contra rationem, & æquitatem, contra pragmaticam Philippi Quarti confirmatam ab Vrbauo Octauo, sed etiam contra proprium Statutum, & aduersus Iuramentum, quod præstiterunt obseruandi nempè dictum Statutum.

Quę opinio est communiter reprobata tanquam iniusta, iniqua, & contrà legem diuinam, & humanam contra æquitatem, & peccaminosam.

Et aduersatur Statuto, & Iuramento.

Quod

Fuit probatum in processu informatiuo per testes examinatos à Canonico Commissario Patruum Principalis non fuisse admissũ ad Collegium S. Crucis propter falsam duorum testiũ depositionem inimicorum familię Fernandez qui deposuerunt Isabellam de Torres fuisse consanguineam illorum de familia Torres infecta.

61. Quod autem Collegium Sanctæ Crucis Don Iosephum Iubera Canonicum Doctoralem S. Ecclesię Conchen. Patruum Principalis in tantum non admiserunt ad Becham honorificam anno 1679., in quantum duo Inimici Familiæ Fernandez de solo auditu deposuerunt, Isabellam de Torres Vxorem Alphonsi Molina fuisse consanguineam illorum de Familia Torres anno 1541., & sic post centum quadraginta annorum decursum, & quod per consequens ratione falsi dicti dd. duorum testium sequentes detestabilem abusum Collegiorum, id disertè, & plenè deposuerunt testes in Ciuitate Siguntina examinati, vt liquet ex *Summ. num.9. lit.E., & F. num.* 10, *&* 11. *lit.E. & seqq., & lit.P., & num.*12. *lit.D.E., & F., & lit.P., & num.*17. *lit.E., & seqq., & lit.P., & num.*24. *à lit.C. ad finem num.*25. *lit.B.* idemque deposuerunt alij testes in Summario causa breuitatis non transcripti, de quibus *in Summ. num.*29., 30., *&* 31.; apparet itaque ex dictorum testium depositionibus, Patruum Principalis non fuisse admissum ad Collegium Sanctæ Crucis, propter falsam depositionem duorum testium inimicorum Familiæ Fernandez, qui deposuerunt illam descendere ab Isabella de Torres, quam supposuerunt Consanguineam illorum de Familia Torres condemnatorum à Tribunali S. Inquisitionis, quodque hac ratione fuit iniustè in d. Collegio non admissus.

62. Eoque magis Rmum Capitulum Toletanum de dicta non admissione nullam rationèm habere debet, non solùm quia tàm actus non admissionis, quam Processus informatiuus nullam constituunt probationem, tùm etiam quia iuxtà rigidiorem opinionem Escobar de sanguinis puritate, mala opinio ex dicta non admissione durat quousque contrarium probaretur, prout rigorosa probatione contrarium probatum fuit, tàm à Francisco Iamon, quàm Patruo Principalis, vt supra pariter probaui, tum etiam quia notoria est praxis Collegiorum à Doctoribus reprobata, tùm denique quia ex Processu informatiuo facto ab eorum Commissario liquidissimè probatum fuit dictam non admissionem ex falso dicto dd. duorum testium processisse.

Testes, qui deposuerunt in processu informatiuo S. Crucis retractarũt suas depositiones tanquã falsas.

63. Indubitantèr quia ex eodem Processu constabat, quod Lagunez vnus ex testibus principalibus se disdixerat in articulo mortis de eo, quod contra veritatem in præiudicium d. Familiæ deposuerat *Summario num.9. lit.C.C. n.*10. *lit.V. n.*12. *lit.Q.*, *& n.*22. *lit.C.* alter verò testis, nempè Parochus de Luzon se disdixit, mediantibus duabus Epistolis, quarum vnam consignauit Nepoti d. Lagunez, vt illam transmitteret ad Collegium Sanctæ Crucis, quæ ex eadem malignitate non fuit transmissa, & fuit reperta pœnès Capitaneum Lagunes Nepotem illius, qui Canonico Commissario Rmi Capituli, in actu, quo se examinauit, illam extradidit d. Canonico Commissario *Summ. n.*17. *lit.H.I., & K.*, & tenor dictæ Epistolæ transcriptus est *Summ. n.*18. *lit.K.* ibi = *doppo si partì da questa Terra, quando venne ad esaminarmi nelle proue di D. Giuseppe Fernandez Dottorale di Cuenca hà auuto molte notizie del particolare di Torres, che toccano al Pretendente per Isabella de Torres Moglie di Alfonso Molina, & hò veduto molte Scritture dell'origine di questo Cognome, come delli matrimonij, e decoro delle figlie di d. Alfonso Molina, & Isabella de Torres originaria, e natiua della Terra d'Acquauiua, e sorella di Alfonso di Torres &c. Per il che Signor mio io desidero adempire colla mia coscienza, e scaricarla, participan-*

cipando à V. S. queste notizie, che le darà à cotesti Signori, acciocche il Pretendente, e la sua Famiglia non patischino ingiustamente.

64. Secunda Epistola à dicto Paroco conscripta Collegiali Don Antonio de Castro, qui suscepit Informationes pro dicto Collegio S. Crucis ex eadem malignitate non fuit transmissa sed d. Canonico Toletano consignauit Don Rodericus Velasquez Canonicus Ecclesiæ Siguntinæ, & confessarius, quæ illi in confessione extradita fuit, vt dicto Canonico consignaret *Summ. num.* 21., in qua d. Parochus conquerebatur, quod primæ Epistolæ responsionem non habuisset, & iterum fatetur falsitatem suæ depositionis *d. Summ. num.* 21 *lit. A.*, quocircà si testes, qui in informationibus captis pro Collegio S. Crucis, quod Isabella de Torres habebat Parentelam cum illis de Familia Torres infectis se retractarunt, eo minus constitui potest fundamentum in non admissione Patrui Principalis ad Collegium Sanctæ Crucis.

Duo Collegiales examinati à Canonico Commissario deposuerunt Patruum Principalis nõ fuisse admissum ad Collegiũ S. Crucis propter epistolam cęcã directam Collegio, vel propter solũ dubitationem exortã an Isabella de Torres fuisset originaria Terræ Aquæuiuæ.

65. Neque id inficiari potest à Reuerendissimo Capitulo Toletano, quia duo Collegiales examinati à Canonico informante, quod Reuerendissimum Capitulum valde considerauit pro infectionis probatione, vnus ex illis deposuit, quod post factas informationes super puritate Patrui Principalis delata fuit ad Collegium epistola cęca, in qua dicebatur, quod consanguineus Patrui Principalis non fuerat admissus ad Collegium S. Idelfonsi, quodque capta informatione, quod Iamon non fuerat in d. Collegio admissus, idcircò non fuerant admissæ probationes in Collegio S. Crucis *Summario num.* 63. *lit. C.* ibi = *che lui sà, che d. Don Giuseppe de Iubera Dottorale, che pretese nel Collegio maggiore di Vagliadolid essendo Dottorale di Cuenca, & essendoli state fatte le proue colle quali arriuato al Collegio l'Informante, nell'istesso tempo fu mandata al Collegio vna lettera senza sapersi da chi, ragguagliando il Collegio della detentione, che vn parente di questo haueua patito in altre proue per la Becha nel Collegio maggiore di S. Idelfonso, e mediante la d. lettera, risolse il Collegio, che si verificasse la certezza, che in essa si conteneua, & il medemo Informante procurò, che il Collegio facesse fare à lui questa diligenza, come fu eseguito coll'istruzione di esaminare diuersi Collegianti di S. Idelfonso &c. e che da questo redundò non esser state spedite le proue dal Collegio di S. Croce &c.* patet itaque, quod Collegium S. Crucis non admisit Patruum Principalis, propter falsum rumorem exortum ex non admissione Iamon in Collegio S. Idelfonsi, & quia ille non fuerat admissus ad Collegium S. Idelfonsi, Patruus Principalis illius Consanguineus non fuit admissus ad Collegium S. Crucis, & hac ratione fuerunt examinati illi in Ciuitate Siguntina, qui dictam Epistolam cæcam, seu Satyras dicto Collegio S. Crucis transmiserant, qui fuerunt d. Lagunez, & Parochus de Luzon, vt depo-fuit Testis examinatus in Ciuitate Siguntina *Summ. principali nu.* 10. *litt. G. H.*, qui deposuerunt, quod Isabella de Torres erat de familia Torres Siguntina infecta, & non de familia Torres nobili, & pura loci de Aquauiua, & proinde *Marchio de Andia* Don Ioannes Ramirez Collegialis Collegij S. Crucis deposuit, Patruum Principalis non fuisse admissum ad Collegium S. Crucis propter solam dubitationem exortam, an Isabella de Torres fuisset Ciuis Siguntina, vel loci Aquęuiuæ, vt ex *Summario principali num.* 59. *litt. A.* ibi = *auer notizia, che pretese al Collegio di S. Croce in tempo che esso Deponente era Collegiale attuale, e tiene, e li furono fatte le prime, e seconde proue, mà però lui*

non

non fu Giudice &c. perche si trouaua asserite &c. intese però dire, che non li furono approuate, perche aueua il Pretendente vn cognome Torres in vn ascendente, e si dubitò, se era di vna, ò vn'altra Terra, e che essendo di vna, che li pare dissero di Acquauiua era buono, mà se di altra Terra, che non si ricorda era cattiuo = ex quorum depositionibus videtur plene probari non fuisse admissum Patruum Principalis ad Collegium S. Crucis, vel quia Iamon non fuerat admissus ad Collegium S. Idelfonsi, vel propter dubitationem exortam, an Isabella de Torres esset Siguntina, vel loci Aquæuiuæ, juxtà detestabilem praxim Collegiorum, iuxta quam illum non admittunt, contra cuius familiam aliquod dictum, vel auditum fuit in contrarium, vel ob solam impuritatis dubietatem.

66. Ex quibus omnibus apparet ex Processu facto per Canonicum Commissarium, non solùm non fuisse probatam aliquam impuritatis maculam, sed euidenter remanere probatam puritatem, & nobilitatem familiæ Principalis, cui obstare non possunt præcitatæ non admissiones ad dd. duo Collegia S. Idelfonsi, & S. Crucis, cum illæ in alio Iudicio non constituunt aliquam speciem probationis, aut aliquod adminiculum, sed etiam constat, illas non admissiones processisse ex solo auditu, & rumore falso infectionis Isabellæ de Torres, & quælibet vmbra impuritatis, quæ ex dictis non admissionibus induci potuisset, sublata, & penitus suffocata remansisset, & subsequutis admissionibus factis in Tribunali Inquisitionis, vt in relatione facti in *num.* 11. 13. 14., *&* 15., & hodierno processu informatiuo facto à Commissario Toletano.

Probatur magis esse standum actibus positiuis, quibus fuerunt admissi ad munera descendentes Isabellæ de Torres quam Collegiorum non admissionibus.

67. Verùm RR. PP. vlterius progredientes dicimus, quod, aut præcitatæ non admissiones, & Processus informatiui facti in dd. Collegiis aliquam constituunt speciem probationis, *aut non*; Si enim nullam infectionis probationem constituunt, juxtà communem, & receptam opinionem, non est ratio, cur Reuerendissimum Capitulum illã apponat: aut aliquam constituunt impuritatis probationem: & hoc casu etiam nostræ puritatis probationes constituere debent tot decreta, tot informationes, & Processus informatiui facti, & concludentes perspicuam hujus Familiæ puritatem, qui quidem Processus, & admissiones ad Communitates habentes eadem Statuta Puritatis, facti fuerunt ante, & post dictas non admissiones ad præcitata Collegia S. Idelfonsi, & S. Crucis. Constat siquidem, quod ante annum 1644., quo non fuit admissus Hieronymus Iamon ad Collegium S. Idelfonsi per spatium centum, & vltra annorum erat in quasi possessione Puritatis, & nobilitatis in Ciuitate Siguntina, vt ex *num. nostræ facti* 4. 5. 6. 7. 8. 9. Et quidem ipsamet Isabella de Torres, & Alfonsus Molina, etiam post condemnatos illos de familia Torres Siguntina, eiusque descendentes semper habiti fuerunt pro puris, & nobilibus, dum non solùm continuarunt in consequendis officijs, & muneribus, quæ solis nobilibus in Ciuitate Siguntina conferuntur, vt in nostra facti *num.* 3., sed etiam constat, Isabellam de Torres anno 1541. more nobilium fuisse sepultam in Cathedrali Ecclesia Siguntina cum inscriptione, nec non armis, & insignijs suæ nobilis familiæ de Torres *Summario num.* 35., & quod est maiori consideratione dignum in scuto, in quo erant insculpta arma gentilitia dictæ familiæ Torres fuerunt insimul insculpta insignia, & arma Sanctæ Ecclesiæ Siguntinæ, & illius Capituli *dicto Summario num.* 35. *litt. E.*

non

non enim est verisimile, quod si dicta Isabella de Torres si fuisset infecta, aut consanguinea illorum; qui eodem anno 1541. paulò antè illius mortem, vtì Heretici iudaizantes cremati fuerunt, voluissent Capitulum, & Canonici permittere dictæ Isabellæ de Torres sepulturam more nobilium, & multò minus, vt in scuto insignium familiæ de Torres permittere voluissent insculpi arma, & insignia Ecclesiæ, & Capituli Siguntini, quia satis notum est in Regnis Hispaniæ illi de familia infecta statim ac infectio Hebraismi detegitur, omnes viles reputantur, & implacabili odio prosequuntur. Idem euenit in sepultura Alfonsi Molina mariti d. Isabellæ de Torres defuncti anno 1544, *dicto Summario num. 35. litt. C.*, neque descendentes d. Alfonsi Molina, & Isabellæ de Torres continuassent in quasi possessione status nobilis d. Ciuitatis, prout continuarunt, quia alij de statu nobili dictæ Ciuitatis illos ad munera, & dignitates status nobilis non admisissent prout admiserunt, vt *nu.3.*

68. Sed quod magis ostendit puritatem, & nobilitatem d.familiæ, & continuationem in statu nobilitatis, & puritatis, est alia probatio, ex qua resultat, quod vir nobilis Alfonsus de Molina acceperat in vxorem Isabellam de Torres, vt in 3.*num.* nostri facti, sicuti quod Hernandus de Salazar vir nobilis contraxisset matrimonium cum Maria Ramos de Torres filia d. Isabellæ, & Alfonsi, & post condemnationem illorum de Torres fuit nominatus Iudex ordinarius status nobilium *Summario quarto num.* 1., ex istis matrimonijs non potest inferri præsumptio (sine temeritate) quod Isabella, & d.Maria fuissent ex sanguine infecto, & quod magis est Don Alfonsus Fernandez Secretarius tunc temporis S. Inquisitionis, qui processus confecit, & sententias pronunciauit contra illos de familia Siguntina, qui igne cremati fuerunt *Summario additionali nu.* 17. Anno 1546. matrimonium contraxit cum Donna Anna de Molina, & Torres filia legitima, & naturali d. Alfonsi Molina, & Isabellæ de Torres *Summario principali num.* 36., est enim certum, & indubitatum, quod inter cetera stabilita in fundatione, & erectione Tribunalis S. Inquisitionis, illud fuit præcipuè statutum, vt officiales tanti Tribunalis esse deberent Christiani antiqui de puro sanguine, vt testantur quamplures DD. Hispani, quos recenset *Escobar de sanguinis puritate parte 1. quæst. 2. num. 2., & seqq.*, vbi recensendo Statutum Tribunalis S. Inquisitionis quoad illius Ministros ità scripsit ibi = *quod cum tam præexcelsum munus cum non rectè, vel tutè exerceri posset à descendentibus eorum, aduersus quos ipsum est erectum Officium Sanctum, nec à quibus agnoscantur prauissimi mores, vt sunt Hæbrei &c. eligi opus esse, qui moribus, sanguine, & vitæ claritate ceteros antecellant constitutum fuit, quod ad tam præclarum munus, & sanctum ministerium, quod è Fidei exaltatione, & Hæresum extirpatione agitur, Iudei, Mauri, nec Hæretici, nec descendentes eorum non admitterentur, sed omnes veteres Christiani cooptarentur, qui nullam, etiam minimam ab iisdem maculam in infinitum trahant* = ex quo patet, quod ex Statuto Tribunalis S. Inquisitionis ad illius munera eligi debent Christiani antiqui puri sanguinis, nulla conspersi macula infectionis vsque in infinitum, & proinde cum d. Alfonsus Fernandez Secretarius S. Inquisitionis, qui processauit, & condemnauit illos de familia Torres Siguntina duxerit in vxorem filiam d. Isabellæ de Torres, hoc matrimonium ostendit, Isabellam de Torres fuisse nobilem, & puri sanguinis, quia est ab omni verisimilitudine

Statutum S.Inquisitionis circa puritatem est rigorosissimum, & complectitur totã ascentiã.

dine

dine alienum, quod si Isabella de Torres fuisset infecta, aut cum infectis consanguinitatem habuisset, voluisset d. Alfonsus Fernandez contrahere matrimonium indignum, eoque mediante amittere nobilitatem, & suam totam familiam infamare, vt aduertit *Fontanell. de pactis nuptial. par. 2. claus. 5. gloss. 1. num.* 103. ibi = *matrimonium dicitur indignum, quando is, qui est claro, & mundo sanguine natus illud contrahit cum alio, qui sit de descendentia Iudeorum, non quod in lege iudaica actualiter viuat, sed quod ex illis descendere publicè feratur per huiusmodi matrimonium denigratur tota familia illius, qui est clari sanguinis, & mundi &c.* = & *num.* 4. ibi = *adeout huiusmodi prosapiæ homines sint ibi talis conditionis, vt ad dignitates, & honores non admittantur, & ab omnibus viles, & per multum abiectis æstimantur.*

Matrimonium contractum cum infecta macula familiã quæ est nobilis, euadit plebea.

68. Augescit argumentum, si enim Ministri S. Inquisiitonis deberent esse non solum puri sanguinis, sed carere qualibet macula infectionis, non solum dictus Fernandez post contractum matrimonium anno 1546. cum Anna Molina, & Torres, filia Isabellæ ex nobili villa fuisset effectus, Sacrum Inquisitionis Tribunal subinde anno 1551. & 1552. illi non concessisset nouas commissiones ad hoc, vt procederet contra alios de familia Torres infecta, prout illi commisit, vt vt ex testimonio S. Inquisitionis apparet, de qua in *Summario principali num.* 46., neque anno 1553. illum in familiarem S. Inquisitionis deputasset, prout deputauit eodem *Summario principali nu.* 39., huiusmodi enim actus plenè ostendunt puritatem Annæ de Torres filiæ Isabellæ de Torres, & probat, Isabellam de Torres nullam habuisse coniunctionem cum illis de familia Torres infecta, qui anno 154[illegible] fuerunt combusti.

Descendentes Isabellæ de Torres admissi ad Dignitates & munera requirentia Sanguinis puritatem per centũ annos continuos ne que certo tempore per vmbram audita fuit prætensa infectio Isabellæ de Torres.

70. Quod autem Descendentes Familiæ de Torres continuauerint in quasi possessione nobilitatis, & puritatis probatur etiam ex eo, quod anno 1598, fuit de Canonicatu Ecclesiæ Seguntinæ prouisus Don Petrus de Salazar Nepos Isabellæ de Torres, & Alfonsi Molina, in qua Ecclesia tunc vigebat Statutum Puritatis vsque ad Proauum, tunc enim deputatus fuit vnus ex Canonicis dictæ Ecclesiæ ad suscipiendam puritatis informationem, & Testes de cognitione Progenitorum illius vsque ad Alfonsum Molina, & Isabellam de Torres deposuerunt, declarantes, illos omnes fuisse Christianos antiquos, & puri Sanguinis *secundo Summario additionali num.* 1. *litt. C.*, sic anno 1611. Alfonsus Fernandez Nepos dicti Alfonsi Fernandez, & Annæ Molina fuit præuia puritatis probatione admissus ad portionem Ecclesiæ Oxomen., in qua vigebat Statutum rigorosum puritatis *Summario additionali n.* 4., & ex *Valenzuela consil.* 90. & *n.* 3. *Barbosa d. Canonicis cap.* 13. *n.* 28. *cum Escobar., et aliis*, & eodem anno 1611. Don Ioannes de Tobalina Pronepos dictæ Alfonsi de Molina fuit præuia puritatis probatione creatus Minister S. Inquisitionis *Summario additionali num.* 14., anno 1624. Franciscus Sans de Molina pariter Pronepos D. Alfonsi fuit deputatus in Ministrum S. Inquisitionis *dicto Summario additionali num.* 15., eodem anno 1624. Antonius Iamon, & anno 1636. Hie-

Hieronymus Iamon illius præuia Puritatis probatione fuerunt admissi ad Collegium Lucen. in Vniuersitate Complutensi *secundo Summario additionali numer.* 5. nulla enim vrget ratio, cur Reuerendissimum Capitulum Toletanum magis stare velit non admissioni probationum Collegij S. Idelfonsi, & S. Crucis, & stare non velit tot Informationibus, tot processibus factis, & canonizantibus puritatem huius Familiæ à Tribunali S. Inquisitionis à Capitulo Ecclesiæ Siguntinæ, à Capitulo Ecclesiæ Oxomensi, & à Collegio Complutensi.

71. Indubitatum præterea est, quod ex tot Processibus informatiuis, ex tot admissionibus Descendentium Isabellæ de Torres saltem remanere probatam famam vniformem, & constantem, reputationem circa puritatem Isabellæ de Torres, eorumque Descendentium, & quidem per sæculum continuatum absque eo quod per tanti temporis decursum aliquid dictum, vel auditum fuerit contra puritatem, & nobilitatem huius Familiæ, adeoùt etiamsi ex non admissione Hieronymi Iamon anno 1646. ad Collegium S. Idelfonsi, & non admissione Don Iosephi Iubera Patrui Principalis ad Collegium S. Crucis induci possit probatio famæ, & communis reputationis circa infectionem huius Familiæ, debebat per Reuerendissimum Capitulum Toletanum sequi fama antiqua constans, & perpetua, non autem fama moderna, & posterior, quia etiam in hac materia puritatis, etiam iuxta rigorosissimam opinionem, semper sequenda est fama antiqua, & omninò spernenda fama subsequens, & moderna, nam fama antiqua constans, inconcussa, & solida plenam constituit probationem puritatis *Can. de parentela* 35. *quæst.*6. *Garzias de Nobilitate gloss.* 18. §. *Primo num.* 13. *Valenzuela consf.* 92. *num.*191., *& seqq.* plenè *Escobar. de Sanguinis purit. parte* 1. *quæst.*2. §.2. *num.*5. fama enim antiqua, & continuata per centum, & vltra annos pro veritate habetur, & facit notorium, vt pluribus Doctoribus allegatis prosequitur *Escobar vbi supra nu.*5., *& pluribus seqq.*

Ex tot actibus positiuis, & communi reputatione saltem oritur fama constans puritatis, quæ semper prefer. debet famæ posteriori.

Fama antiqua plenam constituit probationem Puritatis in concursu famæ posterioris super impuritate.

Fama antiqua habetur pro veritate & fuit notorium.

72. Et ratio est clara, quia si vera fuisset infectio somniata Isabellæ de Torres, illa magis nota esse debuisset de tempore, quo decessit dicta Isabella, & tempore magis proximo illius prætensæ infectionis, quocirca si per centum annos à tempore, quo decessit Isabella de Torres, nempè ab anno 1541. vsque ad annum 1646. semper dicta Isabella de Torres, & illius Descendentes pro puris, nulla macula impuritatis infecti, habiti, & reputati fuerunt, vt ex tot informationibus factis, & admissionibus ad Officia, munera, & Dignitates, quæ nonnisi sanguine puris conferri debent, apparet, vtique hæc fama atiqua constans inconcussa, solida & per centum annos continuata pro veritate debet haberi, vt probat d. Escobar, & proindè rumor suscitatus

circa

circa impuritatem d. Isabellæ anno. 1646. à Collegio S. Idelfonsi, siue in Collegio S. Crucis anno 1679. nullius est efficaciæ, nullius ponderis in concursu famæ antiquæ constantis continuatę per spatium centum annorum, vt plenè probat *Escobar. de Sanguinis puritate par. 2. quæst. 9. §. 3. num. 23.* ibi = *Septima regula, si in proposita specie duæ famæ appareant contrariæ &c. in Puritatis tamen Causis, in quibus de re antiqua agitur aliud verum conijcio, & quod præferri debeat prior, quæ propinquior est origini puritatis, aut maculæ, dummodo suo tempore recepta fuerit, & pro vera à maioribus habita, nec postea comperta sit causa deceptionis, erroris, vel falsitatis, qua prior euanescat fama, tùm quia verisimilior est, quæ à Rei origine promanat, & Causæ propinquior fuit &c., & inferius ità etiam præferri debet antiquior fama, quæ orta fuit in tempore, quo melius Rei veritas agnosci poterat*, & quidem Reuendissimi PP., si de tempore, quo fuerunt combusti illi de Familia Torres infecta, neque pro consaguinea infectorum, sed semper Isabella de Torres habita fuit pro nobili, & puri sanguinis, quo pacto hæc parentela, hæc asserta sanguinis coniunctio sciri potuit post centum, & vltra annos.

Famæ moderna, seù rumor non fuit cōstans, sed inconstans & consternata, seù conquassata ex contraria fama etiam moderna.

73. Indubitanter quia etiamsi dictæ duæ non admissiones Collegiorum S. Idelfonsi, & S. Crucis aliquam famæ probationem constituere possent, non solum ex supracitata ratione, & alijs supradductis nullam probationem constituerent propter obstaculum antiquæ famæ, sed ex eo, quod ista fama moderna, sed vt melius dicam, rumor non fuit constans, & perpetua, proùt ad sui essentiam requiritur, sed remansit prosternata ex Processu informatiuo facto per Tribunal Sanctæ Inquisitionis Francisco Lamon fratri germano d. Hieroymi, nam Tribunal S. Inquisitionis post factam exactissimam, & vndequaque absolutam puritatis probationem etiam quoad Isabellam de Torres, & post approbatam dictam Puritatis informationem illum creauit Ministrum S. Inquisitionis, vt ex *Summario additionali num.* 12., & *Summario Principali num.* 42., & eodem anno 1647. post factas Puritatis probationes Don Rocchus Fernandez pariter Descendens ab Isabella de Torres fuit Deputatus in Ministrum S. Inquisitionis *Summario additionali num.* 13., & de anno 1681. pariter post factum à Tribunali S. Inquisitionis Processum informatiuum super puritate Don Iosephi Fernandez Patrui Principalis fuit creatus, & deputatus Iudex S. Inquisitionis *Summario additionale num.* 10. per totum, & tandem idem Principalis fuit creatus Inquisitor totius Regni Murtiæ *Summario Principali num.* 43., quocirca cum ista fama moderna, seù rumor sit inconstans, & contrarijs actibus, & Processibus conquassata, nulla pœnitùs de illa est habenda ratio, præsertim in concursu famæ antiquæ constanter continuatæ per centum, & vltra annos, vt plenè

plenè probat *Escobar. de puritate Sanguinis par.1. quæst.10.§.3. nu.11.& 12.fol. mihi 223.*ibi = *ex quo infero, quod etsi ratio communis, quæ fama in antiquis plenè probat sit ab omnibus illa recepta, quod in antiquis sufficiat præsumptiua probatio ob difficultatem probationis ex l. si arbiter &c. rationem verò ego in hoc constituo, quia fama de antiquo facto ob sui stabilitatem, & constantiam per tantum tempus, & vera est, & verissima Iure præsumitur ex l.5. &c. noua verò, & recens fama non habet pro se stabilitatis, & constantiæ præsumptionem, qua deficiente potest esse vera, & falsa potest esse; & cum similis incerta probatio, quæ deficere, & adesse potest sit nulla l. natales &c. fama non idoneam efficiet probationem, illa verò, quæ diù firmiter, atque constanter persistit habet pro se Iuris, & veritatis præsumptionem optimè ex Cuiaceo &c. quarè vera in antiquis probatio est fama, & hæc est ratio, qua communis existimatio pro lege habetur ex Ripa respons.26. num.8. lib.2., vbi statuit, quod non solum lex, sed etiam magis, quam lex extimatio communis est sequuntur plures relati à Tiraquell. de nobilitate &c. qui sunt intelligendi de existimatione communi antiqua ex prædicta ratione, non verò de recenti, & noua, quæ nulla ex causa veluti lex potest, nec debet haberi, nec obseruari, & proindè dicitur, quod fama antiqua habet vim Notorij ex gloss. &c.*

74. Cum itaque in præsenti casu habeamus probationem puritatis inductam ex fama, & communi reputatione antiqua, constanti, & per centum annos continuata, hæc habet vim legis, & habet vim notorij, quæ fama antiqua à recenti nullatenùs subuerti potest, immò de hac recenti nulla penitus habenda ratio, præsertim quia noua, non est constans, sed contrarijs actibus positiuis, & probationibus penitùs eneruata. Et non solum prætensa fama orta ex non admissione probationum Sancti Idelfonsi non fuit constans, propter subsequutas admissiones probationum factas à Tribunali S. Inquisitionis fauore Francisci Iamon, sed etiam illa exorta ex non admissione Patrui Principalis ad Collegium Sanctæ Crucis, quæ pariter non fuit constans, dum postmodum idem Patruus Principalis præuia probatione Puritatis fuit adscriptus in Iudicem Sanctæ Inquisitionis, & subindè idemmet Principalis actualis Inquisitor totius Regni Murtiæ, itaùt tamquam rumor falsus euanuit, & prosternata remansit ex successiuis probationibus factis in Tribunalibus Inquisitionis.

75. Sed vt Reuerendissimo Capitulo Toletano totaliter satisfaciamus, vtque omnis vmbra, omnis macula arceatur, tota enim prætensio Reuerendissimi Capituli in eo consistit, quod Isabella de Torres sit de Familia Torres Siguntina, Consanguinea illorum de Familia Torres combustorum, tamquam Hære- *Prætensio Capituli consistit in eo, quod Isabella de Torres esset originaria Ciuitatis Si*

ti-

guntinæ consanguinea illorum de Torres anno 1541. condemnatorum à Tribunali Inquisitionis.

ticorum Indaizantium anno 1541., & 1544., non autem sit de Familia Torres Loci Aquauiuæ, & licet ista prætensio nullum habeat fundamentum, nec speciem probationis, nihilominùs ex eodem Processu confecto à Canonico Commissario, probamus, Isabellam de Torres fuisse de Nobili Familia Torres Loci Acquauiuæ.

Ex Processu informatiuo ex publicis Instrumentis constat Isabellã de Torres fuisse originariã Terræ Aquauiuæ de nobilissima Familia Torres.

76. Quamuis enim ad probandam in antiquis fraternitatem, & consanguinitatem duæ enunciatiuæ in diuersis Instrumentis emissæ sufficiant *cap. series de Testamentis*, vbi Canonistæ *Mascard. de probat. conclus.411. num.19., & sequen. Perez de Lara de Anniuersarijs, & Cappellanijs 2. par. cap.4. num.53. Escobar. de puritate par.1. quæst.15. §.3. num.31., & seqq.*, idque procedit etiamsi in Instrumentis antiquis enunciatur consanguinitas, non quidem expreßè, sed virtualiter *Garzia de Benef. par.12. cap.2. num.2.*, & prosequitur, adductis infinitis auctoritatibus; præcitatus *Escobar. dicto §.3. num.38. 39., & 40.*

Recensentur Instrumenta, quibus prabata remanet dicta Origo.

77. In casu nostro quamplures antiquorum, & publicorum Instrumentorum enunciatiuæ concurrunt, nam primo loco ex libro antiquissimo Parochialis Ecclesiæ Terræ Aquauiuæ Canonicus Toletanus Commissarius extraxit ex libro, in quo adsunt notatæ partitæ Mortuorum, Testamentorum, Anniuersariorum, & Visitationum dictæ Ecclesiæ Parochialis, qui illum sibi exhibere fecit à Parocho dictæ Parochialis Ecclesiæ, in quo erat descripta sequens partita ibi = *à di 20. del mese d'Agosto anno 1553. morì Alfonso de Torres Cittadino di questa Terra fù sepelito in questa Chiesa di S. Saluatore dentro la sua Cappella &c. e nel principio dell'anno lasciò per li suoi Genitori vna Nouena &c. Et vn'altra per Isabella de Torres sua Sorella, che morì in Siguenza = dicto Summario principali num.14. litt.A.*, quod autem Isabella de Torres, quæ decesserat in Ciuitate Seguntina, & sepulta in illius Ecclesia Cathedrali esset Soror Alphonsi de Torres Ciuis, & natiui Loci Acquauiuæ comprobatum fuit ex alio publico Instrumento Testamenti dicti Alphonsi de Torres compulsato in dicta Terra Acquauiuæ à dicto Canonico Commissario, de quo in *dicto Summario num.15. litt.B.* ibi = *Io Alfonso de Torres Cittadino natiuo di questa Terra d'Acquauiua*, qui in dicto suo Testamento legauit *nouennarium Missarum pro Isabella de Torres sua Sorore sepulta in Ecclesia Cathedrali Siguntina dicto num.15. litt.D.* ibi = *item ordino si dica vn'altra Nouena di Messe per Isabella de Torres mia Sorella, la quale è sotterrata nella Chiesa maggiore di Siguenza.*

78. Idem probatum fuit ex alio Testamento compulsato à dicto Canonico Commissario in dicta Terra Aquauiuæ, nempè Ioannis Gonzalo condito anno 1548., in quo legitur particula, ex qua comprobata remanet dicta Fraternitas *dicto Summario nu-*

me-

mero 15. litt. K., *&* *I.* ibi = *item dichiaro, che deuo dare ad Alfonso Molina, che fù Cittadino di Siguenza sei faneghe di Grano, perche l'Orzo è stato da me pagato ad Alfonso de Torres suo Cognato del quale hò la riceuuta*; Si itaque Alphonsus Molina erat Maritus Isabellæ de Torres, & Testator, hic vocauit Alphonsum de Torres Leuirum Alphonsi Molina, vtique fatetur Isabellam de Torres esse Sororem Alphonsi de Torres Ciuis, & naturalis Terræ Acquauiuæ, quæ tres enunciatiuæ exuberarent ad effectum probandi, Isabellam de Torres fuisse originariam Terræ Acquauiuæ Sororem germanam Alphonsi de Torres, quæ probatio comprobata remanet ex alia circumstantia, nam recognito per Commissarium Sepulcro Alphonsi de Torres, in quo aderant insculpta Insignia Familiæ Torres Loci Acquauiuæ comperijt, Arma, & Insignia esse vniformia illis insculptis in sepultura Isabellæ de Torres in Cathedrali Ecclesia Siguntina, quæ vniformitas, tàm denominationis, quàm Armorum, & Insignium ostendit, & probat dictę Familię identitatem *Cassaneus in cathalogo gloriæ Mundi par. 1, considerat. 41, per tot. Pelatz de maioratu 2. par. quæst. 7. sub num. 89. Guttierez practic. quæst. lib. 3. quæst. 16. num. 107., & seqq. Tiraquell. de Nobilit. cap. 6. n. 14. Escobar. de Sanguinis purit. par. 1, quæst. 16. §. 2. num. 7., & 8.*

Vniformitas Insignium, & Pronominis probat Familiæ identitatem.

79. Eadem fraternitas probata fuit etiam ex scripturis antiquis compulsatis in Ciuitate Siguntina à Canonico Commissario, nempè ex Testamento Alphonsi Molina, & Isabellæ de Torres stipulato anno 1541., in quo inter alia adest Legatum factum ab Isabella de Torres fauore Liberatę de Torres filię Alphonsi de Torres *sui Fratris* de tempore, quo matrimonium contraherat *Summario principali num. 45. litt. E., & F.* ibi = *Item ordino Io la detta Isabella de Torres, che diano à Librada de Torres figlia di Alfonso de Torres mio Fratello sei mila marauidis per il giorno, che si mariterà &c.*

80. Quod autem Liberata de Torres esset filia Alphonsi de Torres Terræ Acquauiuæ liquet ex dicto Testamento Alphonsi rogato anno 1553., in quo dictus Alphonsus de Torres instituit Liberatam filiam in hæredem *Summario num. 15. litt. H.* Id ipsum probatur ex alia enunciatiua emissa in alio Instrumento Testamenti conditi anno 1553. a Donna Anna Molina, & Torres Vxore dicti Alfonsi Fernandez Secretarij S. Inquisitionis, & filia Isabellæ de Torres, & Alfonsi Molina, de quo in *Summario principali num. 37. litt. B.* ibi = *item ordino, che si dicano per l'Anima de miei Genitori ottanta Messe, e si paghino, come si e detto, e per mio Zio Alfonso de Torres, che fù Cittadino d'Acquauiua venti Messe* = sexta, & magis solemnis enunciatiua resultat ex Instrumento diuisionis Bonorum factæ inter Heredes Alphonsi Molina, & Isabellæ de Torres Iudicis Ordinarij auctoritate an-

no 1544., in quo Instrumento, tanquam Tutor, & Curator Annæ de Torres filiæ Isabellæ de Torres intercessit dictus Alphonsus de Torres, dictamque diuisionem, tamquam Curator dictæ Annæ approbauit, & subscripsit *Summario principali numero* 45. *litt.H.*, quod comprobatur ex Testamento dicti Alphonsi de Torres compulsato à Canonico Commissario in Terra Aquauiuæ, in quo legitur sequens declaratio, de qua in *Summ. principali num.* 15. *litt.E.* ibi = *Item dico, che io fui Curatore della mia Nipote Anna per la ripartizione della sua Legitima, e per altre cose, sino che li diedi stato, impiegai molto, e spesi di mia Casa somma di denaro, come consta da vn Memoriale, che diedi à suo Marito sottoscritto col mio nome, voglio, & intendo, che li miei Esecutori Testamentarij l'aggiustino, secondo il mio libro, che contiene il medesimo, e della metà, che mi deue, ne faccio vn donatiuo alla detta mia Nipote* = ex quo vident RR. PP., quanta adsit consonantia, & vniformitas inter scripturas compulsatas in Terra Acquauiuæ, & illas compulsatas in Ciuitate Siguntina, quæ magis veritatem dd. enunciatiuarum ostendunt, & demonmonstrant. Si enim iuxtà Iuris communis dispositionem, & inconcussam Doctorum opinionem duæ enunciatiuæ in antiquis sufficiunt ad probandam consanguinitatem, parentelam, & fraternitatem, quantò magis fraternitas dictæ Isabellæ de Torres cum Alphonso de Nobili Familia Torres Loci Aquauiuæ probata dici debeat ex sex enunciatiuis antiquissimis metam ferè ducentum annorum attigentibus, & quidem in actibus proportionatis Instrumentorum, & diuisionis Bonorum hæreditariorum, & proindè falsum detegitur id, quod in dictis Collegijs deposuerant Testes, quod Isabella de Torres esset de Familia Torres Siguntina infecta; in concursu enim enunciatiuarum Instrumentorum antiquorum cum depositionibus Testium de auditu examinatorum post centum, & vltra annos, semper attendi debet, & præualet probatio ex enunciatiuis Instrumentorum antiquorum èlicita, & nulla fides Testibus de auditu adhibenda venit, iuxtà *Glossam in cap. tertio loco de probationibus*, & in specie, quod in hac materia probandi puritatem, & nobilitatem Familiæ, præferenda sit probatio, quæ elicitur ex enunciatiuis Instrumentorum illa, quæ elicitur ex Testium depositionibus probant *Lera de Anniuersarijs, & Cappellanijs par.2. cap.48. num.57. & 58. Ottarola de nobilitate tom.1. par.3. cap.7. num.17. Ioannes Garzia de nobilitate gloss.4. num.33.* cum alijs pleno calamo collectis ab *Escobar. de Sanguinis puritate par.1. quæst.15. numero 10.*, & ratio est, quia præsumitur in facto antiquo plenior rei notitia fuisse apud eos, qui tunc Instrumenta confecerunt, quam Testibus, qui nunc de eadem re testantur cum magis rei, de qua quæritur, accesserint, vt rectè ponderat *Escobar. vbi supra num.8.*

Enunciatiuæ Instrumentorum antiquorum præferūtur depositionibus Testium.

At-

81. Attentis præsertim circumstantijs, quibus dicta probatio elicita ex enunciatiuis Instrumentorum concomitatur, & coadiuuatur, quorum prima desumitur ex identitate Armorum, & Insignium, quibus vtebatur Isabella de Torres insculptorum in illius sepulcro existente in Ecclesia Cathedrali Ciuitatis Siguntinæ cum Armis, & Insignijs, quibus publicè vtebatur Alphonsus Torres in Terra Acquauiuæ illius Frater, quæ insculpta reperta fuerunt in Cappella maiori Terræ Aquauiuæ in sepulcro, quod in eo habebat Alphonsus de Torres, quæ Armorum identitas familiæ quoque identitatem ostendit vt supra probaui.

Enunciatiuæ coadiuuantur ex identitate Insignium, & Armorum.

82. Secunda circumstantia, immò paobatio irrefragabilis desumitur ex illa communi reputatione, & fama publica in Ciuitate Siguntina, iuxtà quam semper inconcussè, & perseueranter permansit Isabella de Torres, & sui Descendentes in quasi possessione Puritatis, & Nobilitatis, dum post condemnatos à Tribunali Inquisitionis illos de Familia Torres ignobili, & Seguntina, tam ipsa Isabella de Torres, quàm sui Descendentes semper obtinuerunt in Ciuitate honores illis de statu nobili competentes semper obtinuerunt Dignitates, Canonicatus, & Officia, quæ solum sanguine puris concedi poterant, nam tàm Isabella, de Torres, quàm Alphonsus Molina suus Maritus tumulati fuerunt more Nobilium, illius verò Filij, Nepotes, & Descendentes obtinuerunt Dignitates, Canonicatus in Ecclesia Siguntina munita Statuto Puritatis, obtinuerunt Portiones in Ecclesia Oxamensi munita Statuto Puritatis, fuerunt admissi ad Collegia, & obtinuerunt familiaritates in Sancto Tribunali Inquisitionis, quæ Officia obtinere nequiuissent, nisi fuissent Nobiles, & puri Sanguine, quæ communis reputatio antiqua procedens à tempore, quo detecta fuit infectio illorum de Familia Torres Siguntina sola sufficeret ad probationem Puritatis, & Nobilitatis Principalis, vt supra probatum fuit,

Et ex communi fama, & reputatione antiqua.

83. Coadiuuatur vlteriùs ista probatio ex depositionibus Testium examinatorum a Canonico Toletano informante, qui ferè omnes deposuerunt, Isabellam de Torres fuisse originariam Terræ Acquauiuæ ex nobilissima Familia Torres dicti Loci Aquauiuæ, vt ex *Summ. principali num.9. litt.K. L. M.*, *&* *num.10. litt.L. num.11. litt. F. num.24. litt.A.*, & præcitatam Isabellam de Torres fuisse originariam Terræ Aquæuiuæ de Familia Torres nobilissima probatum fuit in Tribunali S. Inquisitionis anno 1647., de quo tempore fuerunt examinati centum quadraginta tres Testes, tàm in Ciuitate Siguntina, quàm in dicta Terra Aquauiuæ omnes primæ nobilitatis, & notæ, *nempè Ministri Tribunalis S.Inquisitionis Præbendati Collegiales maiores Iudices Conseruatores, & homines primæ notæ, & veracissimi*, qui omnes deposuerent, Isabellam de Torres fuisse natura-

Ex depositionibus Testium examinatorum à Canonico Toletano.

Ex Testibus à Tribunali Inquisitionis vsque ad numerum 143. examinatis anno 1646.

lem,

lem, & originariam Terræ Aquauiuæ de nobilissima Familia Torres, vt ex *Summario Additionali num.* 12. *litt. E. F. G. K., & litt. CC.*, & anno 1680. per idem Tribunal Inquisitionis fuerunt examinati triginta quinque Testes omni exceptione maiores, qui omnes deposuerunt, Isabellam de Torres fuisse naturalem Loci Aquauiuæ, in quo Familia Torres erat purissima, & nobilissima, illique de dicta Familia erant Idelgui notorij *dicto Summario num.* 10. *litt. I., & K.*, itaùt naturalitas Isabellæ de Torres de Nobili Familia Torres Loci Acquauiuæ ex tot probationibus superlatiuè probata remanet.

84. Quid vltra falsitatem Testium, qui deposuerunt in præcitatis Collegijs, quod Isabella de Torres erat Consanguinea illorum de Familia Torres infecta, quorum Sambeniti, seù Tabellæ turpes sunt affixæ in Cathedrali Seguntina, non solum ostendunt tot species probationum, sed ad euidentiam probat Testimonium Tribunalis S. Inquisitionis, de cuius mandato recognitis Processibus factis contra omnes illos de Familia Torres ignobili condemnatos à S. Tribunali Inquisitionis Anno 1541., 1544. 1551., & recognitis eorum genealogijs, quas dare tenentur omnes Inquisiti ex causa fidei in dicto Tribunali, compertum fuit, quod in illorum genealogijs, in quibus continebantur omnes illorum Ascendentes, Descendentes, Collaterales, & Transuersales in dd. Genealogijs comperta non fuit aliqua Persona, quæ nuncupabatur Isabella de Torres, neque inter *Ascendentes, neque inter Descendentes, neque inter Collaterales, & Transuersales Summario principali num.* 44., itaùt si Isabella de Torres fuisset Ascendens, Descendens, Collateralis, aut Transuersalis illorum, vtique in illorum genealogijs illius nomen descriptum esse deberet, vt rectè probat Decisio Reuerendissimi Decani §. *Hisque accedit.* Quod quidem testimonium Tribunalis S. Inquisitionis, cui ex dd. Processibus notum esse debuisset, an Donna Isabella de Torres fuisset Ascendens, Descendens, aut Transuersalis, seù Collateralis dd. de Familia Torres condemnatorum satis superque ostendit fuisse falsum id, quod aliqui Testes de auditu deposuerunt, quod Isabella de Torres esset illorum Consanguinea, & Reuerendissimo Capitulo Toletano dicta attestatio sufficere debuisset ad formandum Iudicium super puritate Isabellæ de Torres, quòd autem Inquisiti de Heresi, vel Iudaismo per S. Tribunal Inquisitionis teneantur in primis, & ante omnia dare suas genealogias Ascendentium, Descendentium, & Collateralium probant *Emericus in Directorio 3. parte tit. de modo interrogandi Reos, & tit. obseruanda ab Inquisitoribus in examine Hereticorum versic. Primò dico aduertendum à Symanchas*

Ex testimonio Tribunalis S. Inquisitionis quod testatum fuit, quod recognitis processibus, & genealogijs illorum de familia Tores nulla, adest quæ nuncupatur Isabella de Torres.

Inquisiti de Iudaismo tenentur dare genealogias Ascendentium, Descendentium, & Collateralium.

chas de Catthólicis Institut. tit. 44. de ordine procedendi num. 14., & in Enchiridian. violatæ Religionis tit.27. de Interrogation. in principio, Ludouicus de Paramo de origine Inquisitionis lib.3. quæst.9. num.54. versic. At vbi ad interrogationes ventum est, *Farinacc. de hæresi quæst. 185. num.9., & Valenzuela consil.90. num.86.*

85. Aduersùs tot probationes in Signatura Gratiæ ex parte Reuerendissimi Capituli proponebatur, quod præcitata Instrumenta, ex quibus desumebantur enunciatiuæ circa fraternitatem Isabellæ de Torres cum Alfonso Molina esse suspecta de falso, sed inanis, & omni fundamento destituta est ista exceptio, tùm quia dicta Instrumenta recognita fuerunt à Canonico Commissario, & confrontata cum alijs Instrumentis eorumdem Notariorum, quæ conseruantur in publicis Archiuijs, & comperta, illa fuisse conscripta eodem carachtere, & eodem Notarij signo signata, vt ex 3. *Summario addit. num.16.* quo circa cum Canonicus Commissarius illa reperijt, & recognouit prò legalibus veris, & nulla suspicione infecta, nescimus, quo pacto nunc Reuerendissimum Capitulum illa tamquam suspecta redarguere velit, vlterius dd. Instrumenta anno 1647. fuerunt compulsata, & recognita per Commissarios S. Inquisitionis, & tàm illa compulsata in Terra Acquauiuæ, quàm illa compulsata in Ciuitate Siguntina, quæ sunt illamet in hoc Processu compulsata à Canonico Commissario Toletano, & comperta fuerunt vera, legalia, & omni suspicione carentia, vt ex *Summario addit.n.12. litt.V. in fine, & litt.DD.*, & eademmet Instrumenta compulsata in Ciuitate Siguntina fuerunt recognita ab eodem Tribunali S.Inquisitionis anno 1681. *Summario Addit. num.10. litt. FF.* = ibi = *Rursùs ijdem Informantes recognouerunt diuersa Instrumenta confecta sub rogitu dd. Scribarum Petri de Villanoua, Francisci Suares del Grado, & Dominici de Villauerde, & facta illorum collatione cum Instrumentis exhibitis in dicta Informatione comperierunt firmas rubricas, delineationes, signa, & formam caracteris concordare in omnibus absque vlla differentia, & ad effectum præmissum delata fuerunt ad hoc Tribunal* = proùt quoque per eosdem Commissarios Tribunalis S. Inquisitionis eodem anno compulsata fuerunt eadem Instrumenta in Terra Acquauiuę, quæ compulsauit Canonicus Toletanus, vt ex *dicto Summario num.10. litt.NN., & litt.PP.* fuerunt dicta Instrumenta per dd. Commissarios recognita, & collationata cum alijs Instrumentis rogatis ab ijsdem Notarijs, & comperta fuerunt ibi = *compertum fuit concordare in caractere, subscriptionibus, rubricis, & delineationibus absque vllo indicio, & suspicione falsitatis* = *Summario dicto num.10. litt.QQ.* quo circa cum omnia dd. Instrumenta recognita fuerint in hac informatione ab eodem Canonico Commis-

Canonicus Commissarius comprobauit d. Instrumenta, & decreuit esse legalia, & omni suspicione carentia.

Eadem Instrumenta recognita fuerunt Anno 1646., & comperta in forma probanti, & legalia, & omni suspicione carentia.

Et eodem modo canonizata Anno 1681. à Tribunali Inquisitionis.

Instrumenta compulsata in Terra Acquauiuæ comperta in forma probanti, & omni suspicione carentia.

mis-

missario, & reperta legalia, proùt legalia, & absque vlla suspicione, & indicio reperta fuerunt à Tribunali Inquisitionis tàm Anno 1647., quàm anno 1681., est proindè satis irreleuans exceptio suspicionis, quæ ex parte Reuerendissimi Capituli Toletani proponitur aduersùs præcitata Instrumenta totiès recognita, approbata, & iudicata vera, legalia, & absque vlla suspicione.

Non obstat exceptio proposita ex parte Capituli quod juxta formam sui Statuti nè cogi possint ad receptionem, quod sufficiat quilibet rumor infectionis.

86. Neque obstare ualet alia exceptio per Reuerendissimum Capitulum proposita tàm SS. Domino Nostro, quam Serenissimo Regi Cattholico, quod scilicet Principalis non sit qualificatus ad formam Statuti, quod non contentatur, ut ex Processu informatiuo constet de puritate, sed necesse est, quod ex eodem Processu constet, *quod nihil dictum, uel auditum fuerit in contrarium*, quodque nulla adsit nebula, aut umbra infectionis, quæ probatio in præsenti deficit, dum ex Processu informatiuo constat, quod duo Consanguinei Principalis non fuerunt ad Collegia admissi, unus in Collegio S. Idelfonsi, alius in Collegio S. Crucis, quodque duo Testes de propria credulitate, & auditu a Canonico Ruituorta deponuerunt Isabellam de Torres esse de Familia Torres Siguntina infecta.

Statutum Ecclesiæ requirit veram, & perfectam impuritatis probationem.

87. Quandoquidem respondemus, quod Statutum Ecclesiæ Toletanæ, & Indulta Apostolica solum dant facultatem Reuerendissimo Capitulo Toletano non admittendi ad Canonicatus, & Præbendas d. Ecclesiæ, quoties ex Processu informatiuo constat, Prætendentem originem ducere ab Hebreis, Hæreticis, & Saracenis *Summ. num.2. litt. A.*, *& Summ. num.3. litt.C.*, adeò ùt quoties Reuerendissimum Capitulum non probauerit ex Processu informatiuo confecto per Canonicum Commissarium, & quidem plena, & concludenti probatione, quod Prætensor, seù Prouisus de Canonicatu procedat à genere Hæbreorum, Saracenorum, & Hæreticorum, non habet facultatem illum non admittendi, sed omninò admittere tenetur, proùt constanti Sententia huius supremi Tribunalis semper, & inconcusse decisum fuit ad hoc Supremo Auditorio, quod præcitatum Statutum de Verbo ad Verbum fuit interprætatum, ut liquet *ex decis. Serafini la 50. & dec.355., & coram Mantica dec.274. & dec. 285., & coram San. Mem. Alexandro 8. dec.75.* & magistraliter in Decisionibus impressis *in par.1. recent., nempè in dec.183. 195. 212. & in par.2. recent. la 277. num.2.* idque adeò uerum est, ut Sacra Rota denegauerit Reuerendissimo Capitulo Toletano remissoriam ad effectum probandi contrarium d. Statuti intelligentiam, tanquam contrariam litteræ, & rationi d. Statuti, ut liquet tàm *ex dec.196., & dec.212. par.1. recent. quam ex dec.175. par.2. recent. Immò in d. dec.185. num.2. par. 1. recent.* testatur, præcitatam Statuti interprætationem ipsis fuisse traditam per ma-

manus DD. Auditorum Anteceſſorum, quodque d. interpræta-tio perpetuis, & conſtantibus ſuffragiis fuiſſe in hoc Sacro Auditorio ſemper receptam, & allegantur antecedentes Deciſiones ſuper eiuſdem Statuti Toletani interpretatione.

88. Neque tunc prætendebat Reuerendiſſimum Capitulum id, quod hodie prætendit, quod ſcilicet non ſufficiat probatio Puritatis, quæ ex Proceſſu informatiuo reſultet, ſed quod neceſſe ſit, ut nihil *auditum*, *uel dictum fuerit in contrarium*, ſed ſolum prætendebat, quod quoties ex Proceſſu informatiuo dubia Puritatis reſultabat probatio, quod tunc incumberet Prætendenti onus probandi puritatem, & nihilominùs in caſu noſtro iſta prætenſio Capituli fuit ſatis impleta, dum ex d. Proceſſu informatiuo plures ſpecies probationum reſultant ſuper nobilitate, & puritate huius Familiæ; & licèt in omnibus dd. Cauſis uentilatis in Rota adeſſet probatio, quod contra illos adeſſet dictum, uel auditum Impuritatis, ut ex earum lectura apparet, adhuc tamen numquam Reuerendiſſimum Capitulum prætenſionem excitauit, quod ad effectum non admittendi Prætenſorem ſufficiat, quod aliquid contra Puritatem Prætenſoris dictum, uel auditum fuerit, ut ex lectura dd. Deciſionum apparet, & in hac Cauſa ſolum hoc intentare conatur.

89. Numquam enim potueram adduci, ut crederem Reuerendiſſimum Capitulum Toletanum uelle inducere illam praxim in Collegiis maioribus introductam, iuxtà quam prò non admiſſione Collegialis ſufficit, quod aliquid *dictum*, *uel auditum fuerit in contrarium*, cum iſta praxis paſſim per Doctores Hiſpanos improbetur, tanquam contra legem diuinam, & humanam, contra Iuſtitiam, & æquitatem peccaminoſam, & iniuſtiſſimam, ut ſuperiùs probaui.

Praxis quam pretendit Capitulum eſt peccaminoſa cõtra Ius Diuinum & humanum & contra æquitatem, & Iuſtitiam.

90. Neque credebamus uelle hanc praxim introducere contra formam, uerba, & mentem Statuti, de quo in *Summ. noſtro Principali num.* 2., *&* 3. contra Iuramentum, quod emittunt ſuper exactiſſima d. Statuti obſeruantia, à quo Iuramento non poſſunt ab aliquo abſolui, ut ex Indultis Pontificiis confirmatoriis Statuti Toletani apparet *d. Summ. num.* 2., *&* 3., & 3. *Summ. addit. num.* 1. *litt.C.* fuit etiam d. praxis, tanquam improba condemnata à gl. me. Philippo Quarto in ſua pragmatica, quam publicare fecit, & quæ commendatur ab Eſcobar de Sanguinis puritate, quam prò maiori corroboratione confirmare fecit à S. M. Vrbano VIII., ut teſtatur *d. Eſcobar par.* 2. *qu.* 4. *art.* 2. *num.* 2., quod autem d. Pragmatica ad iſtum præciſum effectum edita fuerit; ut tollerentur huiuſmodi abuſus à Communitatibus habentibus Statuta rigoroſa Puritatis, & præſertim à Collegiis, liquet ex contextu d. Pragmaticæ, cuius uerba tranſcribit Eſcobar in d. tractatu *qu.* 7. *in principio* ibi *Item perche in alcuni Tribu-*

Eſt contra formam Statuti contra Iuramentum quod emittunt ſuper d. Statuti obſeruantia.

Glorioſæ mem. Filippus Quartus ad tollendum d. abuſum publicauit Legem, ſeù pragmaticam, quam commendauit

Escobar & fuit confirmata ab Vrbano Octavo.

bunali, e Communità, che richiedono atti di Nobiltà, e purità stringono più nell' uni, che nell' altri sopra le qualità delle prou e qualificazione; e particolarmente li Collegii, non contentando con l'affirmatiua, cioè, che siano puri, ma uogliono, che non si sia udito dire, nè dubitare il contrario: della quale qualità, e sua inquisizione si hà dato occasione, che molte Famiglie restino notate ingiustamente per la malizia, & odio, con che molti camminano in questa materia, e se ad esso si continuasse nella medema forma à più dell' inconuenienti riferiti si farebbe pregiudizio all' altre Communità, e Tribunali, nelli quali si dimanda purità, e nobiltà. Ordiniamo, e comandiamo, che tutto il disposto, e contenuto in questa Legge; si osserui, adempia, e si eseguisca uniforme, & egualmente in tutti li Tribunali, Communità, e Collegii senza eccezione, ne differenza alcuna = prout transcribitur ab Escobar *par. 2. qu. 7. in principio*, quodque Causa finalis huius Legis, seù pragmatica fuit, ut tollerentur abusus introducti in Communitatibus circa modum qualificandi puritatem, probat idem Escobar de Sanguinis puritate ex uerbis, & proemio d. pragmaticæ registratis in 2. *par. qu. 1. in principio, & gloss. 2. & 3.* & per totam dictam quæstionem.

91. Quocirca si glor. mem. Philippus Quartus per dictam legem & pragmaticam, quam confirmare fecit à san. me. Vrbano VIII tollere voluit abusus irreptos in aliquibus Communitatibus, quæ non contentæ probatione Puritatis ex processu informatiuo resultante requirebant vlterius = *Vt nihil dictum, vel auditum fuerit contra Puritatem* = nescimus, quo Iure continuare velit Reuerendissimum Capitulum Toletanum in ea opinione, vt non sufficiat puritatis probatio, sed quod vlterius requiratur, *vt nihil dictum, vel auditum fuerit in contrarium*, itaùt probatio esse debeat exempta à qualibet nebula, etiam leuissima impuritatis, quæ est opinio per pragmaticam Regis, & Apostolicam confirmationem damnata tamquam injusta, iniqua, contraria Legi Diuinæ, & humanæ, contra Iustitiam, & æquitatem, & contra bonum publicum, quia mediante dicta falsa opinione multæ familiæ Illustres notatæ reperiebantur, vt ex littera, & contextu dictæ Pragmaticæ probat Escobar vbi supra, nescimus percipere, quo fundamento Reuerendissimum Capitulum hanc opinionem in hac Causa velit amplecti, & super ea fundamentum constituere, cum Iudices hujusmodi probationum debent judicare secundum veritatem, non secundum extraneas, & alienas considerationes, non ob incertos defectus, neque ob incertas maculas seminatas sine Causa, nec secundum errorem probationum, & Testium, sed iudicare debent secundum verisimiliorem probationem, vt harum Causarum Iudices pluribus in locis monet *Escobar. præsertim par.*

Iudices in his Causis debent iudicare secũdũ veritatẽ, & equitatem, & secundum potentiorem, & verisimiliorem probationem.

part.2. quæst.1. glos.5. num.33., & seqq., ibi = *Quarto in iudicando potest interuenire peccatum, dùm Iudices, non attentis qualitatibus requisitis, neque quæ acta interueniunt in Prætensoris persona, & genere iudicant, cum omninò teneantur prædictas respicere qualitates &c., & Iudicium ferre secundum veritatem, aùt quod verisimiliùs apparet, nam contra non poterunt tuta Anima iudicare ex ratione Textus &c., nec quidem poterunt iudicare, nec Animos suos instruere ex extraneis, & alienis considerationibus &c. Poterit enim interuenire peccatum, dùm iudicant Iudices aduersùs puritatem, & honorem proximi ex eo tantum, quod macula asserta fuit ab Inimicis, & vulgo dicta, & seminata sine Causa, quia tùnc potiùs amplecti debent veritatem, quam hæc dicta absque fundamento, nec vanos Populi rumores, secundum tradita supra part.1. quæst. 10., & quæst.12. §.3. ex num.46., nec ex leuitate Testium causæ nobilium iudicari debent, nec dandus est locus, quod nobiles Familiæ sine causa lædantur, vt dixit Simanch. Imperatoribus Theodosio, & Arcadio lib.10. epistol.47.*, ibi = *Neque enim Ius fuerit, vt vna familia nouo opprimatur exemplo, nec attendi debet error probationum, nec Testium, sed veritas.*

92. Cum enim Reuerendissimum Capitulum Toletanum prætendat non admittere Principalem ex rumore orto ex informationibus Collegiorum Sancti Idelfonsi, & Sanctæ Crucis, ex quo nonnulli Testes Inimici Familiæ Fernandez deposuerunt, Isabellam de Torres quintam Auiam Principalis fuisse consanguineam illorum de Familia Torres vsque de anno 1541. condemnatorum de Iudaismo à Supremo Tribunali Inquisitionis, & nihilominùs ex Processu formato à Canonico Commissario Sanctæ Ecclesiæ Toletanæ euidenter apparet, illos falsum deposuisse, & rumorem exortum esse falsum, dùm constat ex antiquissimis Instrumentis, Isabellam de Torres fuisse Sororem Alfonsi de Torres de nobilissima, & purissima Familia Torres Loci de Acquauiua, quæ probatio superat, & perimit dicta dd. Testium, vt supra probaui §.77. vsque 80., & ostendi fuisse falsam eorum depositionem, vtique Reuerendissimum Capitulum Toletanum tenebatur sequi veritatem, non autem illos vanos rumores, qui falsi detecti fuerunt.

93. Indubitanter quia dictam veritatem ostendit quasi possessio puritatis inconcussa, & absque vlla vmbra maculæ, in qua adfuit, tàm Isabella de Torres in Ciuitate Seguntina, quàm omnes illius Descendentes per spatium centum, & vltra annorum cum obtinuerit in dicta Ciuitate honores, & munera solis nobilibus competentia, vt supra probaui §.66. vsque ad 71., quæ quasi possessio continuata post condemnatos illos de Familia Torres Seguntina de dicto tempore, & post, ostendit, illam non fuisse de Fami-

lia

lia Torres Siguntina infecta, sed de purissima, & nobilissima Familia Torres Terræ Acquauiuæ.

94. Accedunt infinitæ Testium depositiones, tàm in hac Causa, quàm in alijs occasionibus factæ, qui deposuerunt, Isabellam de Torres fuisse de nobilissima, & purissima Familia Torres Acquæuiuæ, vt supra probaui §.11. 13., & 14., & quod omnem dubietatem inferre debebat ab Animis DD. Canonicorum Ecclesiæ Toletanæ esse debebat testimonium Sacræ Inquisitionis, de cuius mandato recognitis Processibus factis contra illos de Familia Torres condemnatos à dicto Tribunali, & eorum genealogijs Ascendentium, Descendentium, & Collateralium, & Transuersalium in dd. Processibus existentibus non fuit compertum nomen Isabellæ de Torres, neque inter illorum Ascendentes, neque inter illorum Descendentes, neque inter illorum Transuersales, & Collaterales, *dicto Summario principali num.*44., & probaui supra, cum itaque ex processu facto à Canonico Commissario Toletano tot speciebus probationum fuisset plenissimè probatum, Isabellam de Torres non fuisse Consanguineam illorum de Familia Torres Seguntina infecta, sed de Familia Torres purissima hanc veritatem sequi tenebantur Canonici Ecclesiæ Toletanę non falsos rumores ab Inimicis disseminatos, quinimmò dicta Testium circa impuritatem non debent haberi in consideratione, nisi à Commissario informationum probetur verum esse id, quod Testes dixerunt, vt expresè disposuit glor. mem. Philippus Quartus in sua pragmatica hac de re ædita, quam obtinuit in forma specifica confirmari ab Vrbano Octauo, vt ex contextu dictæ Pragmaticæ transcriptæ *ab Escobar. de puritate part.* 2. *quæst.* 3. *in principio*, ibi = *Che li Testimonij, che deposero, come non abbiano più notizie della qualità del Pretendente, che quella di auer vdito, nè si ci fù causa, nè ragione per dirle, non ostano alla pretensione della nobiltà, e purità, come questa notizia non abbia proceduto, nè si abbia fondato in altro principio, mà però se fatta inquisizione per l'Informanti trouassero, che fù fondamento per poter dirlo, per star penitata la Persona, ò per altre ragioni di scritture, Sambeniti, sentenzie, e la nostra volontà, che operino quello, che sia luogo in diritto, perche in tal caso non opereranno le parole per se, se nò la Causa, e fondamento, che ciè contro il Pretendente, ancorche non si fosse detto* = ex quo patet, quod Testes de auditu impuritatis non probant, nisi per Canonicum Informantem verificetur Causa, quam Testes de auditu allegarunt, cum itaque in casu nostro Testes deposuerunt de auditu, quod Isabella de Torres esset Consanguinea infectorum hoc dictum nihil probat, nisi ex processu informatiuo constiterit esse veram Causam, quam allegarunt testes, & proindè debebat probari, quod Isabella de Torres fuerat Infectorum

Testes de auditu secundum Pragmaticę dispositionē non probant nisi causam allegauerint, & Causa per informantē plenè verificetur.

Con-

Consanguinea; super quo non solùm in Processu informatiuo nulla adest species probationis, sed ex eo plenissimè constat, illam non fuisse Infectorum Consanguineam, sed de purissima, & nobilissima Familia Torres Terræ Acquauiuæ, & proindè hanc veritatem sequi debebat Reuerendissimum Capitulum Toletanum non dicta Testium, quæ falsa detecta fuerunt, & pessimè agunt tot diffugijs, & dilationibus hanc causam prosequendo; nam vt ait *Diuus Augustinus Epistol. 48. relatus ab Escobar. dicta parte 2. qu. 1. glos. 5. num. 38.*, ibi = *Superat idolatriam contra veritatem cognitam dimicare.*

95. Nec hic sistunt probationes nostræ puritatis, nam alia efficacior ex dicto Processu facto à Canonico Reuerendissimi Capituli Toletani Commissario resultat; nàm glor. mem. Philippus Quartus ad consulendum indemnitati suorum Populorum, & vt huiusmodi Informationibus aliquis terminus imponeretur cum experientia compertum fuerit multa inconuenientia processisse circa modum faciendi huiusmodi Informationes, & circa modum has Causas decidendi cum maximo præiudicio Familiarum Nobilium, earumque depauperatione, & periculo vitæ, & Animæ, vt ipsemet professus fuit in proemio dictæ pragmaticæ registrato ab *Escobar. de Sanguinis puritate part. 2. quæst. prima in principio*, ibi = *E perche l'odio, e malignità, & altri rispetti, e accidenti particolari si hanno fatto tanto luogo nel modo della qualificazione della nobiltà, e purità nelli Atti, che si domandano, con tanto poco credito, & afflizione della Nazione, con tanta inquietudine, discordia nella Republica, con tanta spesa della vita, e interesse, e pericoli nelle coscienze, che si giudica nel Gouerno nella cosa più degna di rimedio, così per il rimedio dell'inconuenienti tanto grandi, delli quali tanto danno resulta alla Republica in commune, e particolare, come perche si conseruano nella sua prima qualità, e instituzione li santi Statuti, e li suoi vtili, e lodeuoli fini del beneficio commune, al quale si dirigerono, e che del suo buon uso si hanno esperimentato, e che essendo tanto profitteuoli nella sostanza non si mettano in stato di pregiudizio per li accidenti, e del modo &c.*

Glor. mem. Philippus IV. publicauit pragmaticam quoad consulendum publico bono suorum Regnorum, & vt huiusmodi puritatis cõtrouersę finem haberent statuit, vt tres Actus positiui constituerent Rem Iudicatam irretractabilem.

96. Consideratis itaquè tot inconuenientibus, quæ ex modo faciendi huiusmodi informationes, & ex modo eas Iudicandi non solum mandauit conseruari Statuta, iuxtà eorum primæuam institutionem, adeoùt alterari non possent, sed voluit etiam, vt tres actus positiui obtenti ab vno, vel pluribus Tribunalibus insurgeret res Iudicata adeò valida, & efficax, vt illa retractari non posset, etiamsi post obtentos ab vna Familia tres Actus positiuos detegitur macula, adhùc tamen de illa non esset habenda ratio, sed ab omnibus Communitatibus habentibus Statuta

Pu-

Puritatis rigorosa seruari deberet res Iudicata procedens ex tribus Actibus positiuis, & nulla haberi ratio de macula post tres Actus positiuos detecta, vt præscribitur in dicta pragmatica, cuius verba transcribuntur ab *Escobar de Sanguinis puritate part.2. quæst.4. artic.primo*, ibi = *Item perche douendoui essere in tutte le materie termine limitato, acciòche le qualifichino per certo, e acciòcche per l'auuenire si abbiano per tali &c.* hinc mandauit, vt tres Actus positiui irretractabilem constituerent rem Iudicatam in sequenti §. transcripto ab *Escobar dicta quæst.4. artic.2. in principio*, ibi = *Ordiniamo, e commandiamo, che in quarto, ò quarti nelli quali si trouasse tre Atti positiui di purità, e nobiltà si habbia, per passato in giudicato, & esequutoriato, e che in sua virtù si conseguisca diritto reale per li descendenti per linea retta, acciocchè restino qualificati per nobili, e puri per tutti gli Atti, che si offeriscano per quella linea &c., e questo s'intenda, ancorche li detti tre Atti si abbiano guadagnato indistinti Consigli, Tribunali, Communità, ò Collegij, ò in vno medesimo &c.* = declarauit insuper præcitatus clar.mem. Philippus Quartus, vt dicti tres Actus positiui dictum effectum rei Iudicatæ producerent, deberent obtineri, *vel à Tribunali Sanctæ Inquisitionis, in quo comprehenderentur etiam Familiaritates, vel à Consilio Ordinum, vel à Religione Sancti Ioannis, vel à Capitulo Toletano*, vt ex Textu dictæ pragmaticæ transcripto ab *Escobar dicta quæst.4. artic.3. in principio*, ibi = *E perche hauendo da operare li tre Atti presunzione di verità esecutoriandosi per loro, e per li Descendenti è giusto, che siano de' Tribunali graui, & integri, doue con douuto conoscimento si abbia trattato, e determinato la materia, ordiniamo, e commandiamo, che li sopradetti tre Atti per operare l'effetto riferito hanno da esser dal Tribunale dell'Inquisizione, in che s'includano le Famigliature, dal Consiglio degl'Ordini, e dalla Religione di San Giouanni, ò dalla Santa Chiesa di Toledo;* quodque si post obtentos dictos tres Actus positiuos detegatur macula, quod attendi debeant tres Actus positiui, & non macula detecta disposuit idem glor. mem. Philippus Quartus in dicta sua pragmatica in sequenti §. registrato per *Escobar dicta quæst.4. artic.4. in principio*, ibi = *E perche conforme à diritto alcune volte si allega contro la cosa giudicata, ò per Istrumenti nuoui, ò per auer fatto dimostrazione, che li Presentati erano falsi, ò per altre cause stabilite in diritto; Tuttauia in questa materia ordiniamo, e commandiamo, che li tre Atti nella forma riferita di tal maniera facciano Re Iudicata, e causano diritto alli Descendenti, che ancorche doppo fatti detti tre Atti, si scoprisse cosa alcuna, ò ragione, che potesse essere impeditiua, se si auesse saputo prima di farsi alcuni delli detti tre Atti, si conseruino, e durino in*

Tres Actus positiui, qui fauore omnium de Familia constituunt Rem Iudicatã obtineri debent, vel à Tribunali S. Inquisitionis, vel ab alijs Communitatibus [...] designatis.

Et si post obtentos tres Actus positiuos detegatur macula debet attendi Res Iudicata procedens ex tribus Actibus positiuis, & non macula post dictos Actus detecta.

in sua forza, e vigore l'autorità, e effetti della Res Iudicata, e il diritto acquistato in sua virtù, perche è più credito della medesima nobiltà, e purità sostenere le tre qualificazioni, con li quali si troua approuata, che di scoprire (ancorche sia per accidente la notizia, che sopraueenne) che si diede, e li hanno goduto Persone non meriteuoli. Quodque tres actus positiui ad formam dictæ Pragmaticæ in hac materia puritatis constituant rem iudicatam fauore totius Familiæ, adeoùt quoad illud latus, in quo per Ascendentes obtenti fuerunt tres actus positiui, quod non possit ampliùs inquiri super puritate, vel impuritate illius Familiæ quoad illud latus, in quo dicti tres actus positiui obtenti fuerunt plenè probat *Escobar. de Sanguinis puritate part. 2. dicta quæst. 4. articul. 2. per tot.* quodque res iudicata resultans ex dd. tribus actibus positiuis sit tantæ efficaciæ, ponderis, & potentiæ, vt nullatenùs possit retractari, etiamsi post dictos actus positiuos detegatur vera macula infectionis ob bonum publicum dictorum Regnorum ad formam præcitatæ Pragmaticæ probat *d. Escobar. dicta quæst. 4. artic. 4. & præsertim dicto num. 5. & 6.* ibi = *tamen Causæ quædam speciales sunt, ex quibus hæc præsumptio Iuris, & de Iure orta ex re iudicata tolli, & infringi potest, vt sunt Instrumenta de nouo reperta, aut si Sententia lata fuerit ex Testibus, siue Instrumentis falsis, quæ infringunt, & eneruant rem iudicatam QVOD PER NOSTRAM PRAGMATICAM IN CAVSIS PVRITATIS TOLLITVR, ET DISPONITVR, QVOD TRES ACTVS POSITIVI, ET TRIA IVDICATA EX ILLIS ORTA, ET IVS REALE SEMEL ACQVISITVM NON INFRIGANTVR, TOLLANTVR, NEC MINVANTVR EX PRÆDICTIS CAVSIS, NEC EX ALIIS QVIBVSCVMQVE, SI QVÆ SINT, QVIBVS SVBVERTI POTEST RES IVDICATA* = quod pleniori calamo probant *Escobar. dicto articul. 4. §. primo à num. 85. ad finem*, quocirca eo ipso, quod coram Canonico informante producti fuerunt, non solum tres, sed sex actus positiui obtenti à Descendentibus Isabellæ de Torres concessi præuia puritatis probatione à Tribunali S. Inquisitionis, ex illis Ius perfectum, & irreuocabile Puritatis acquisiuerunt Descendentes Isabellæ de Torres, nec ampliùs poterat Canonicus Commissarius informationes suscipere quoad quartum, seù latus Isabellæ de Torres habentes rem iudicatam super puritate Familiæ dictæ Isabellæ de Torres, sed quoad illud latus seruare tenebatur dictam rem iudicatam, etiamsi detecta fuisset illius impuritas, quæ impuritatis probatio non ampliùs afficere poterat Principalem, vt literaliter disponit dicta Pragmatica, & probat *Escobar. vbi supra.*

Res Iudicata de Iure potest retractis ex Instrumentis de nouo repertis, sed in hac materia puritatis res Iudicata resultans ex tribus actibus positiuis non retractetur ex Instrumentis infeictnois nouiter repertis.

Canonicus Commissarius Ecclesiæ Toletanæ post productos coram & non solum tres, sed quatuor, & vltra actus positiuos obtentos à Descendentibus Isabellæ de Torres non poterat amplius inquirere super puritate illius, sed tenebatur illis deferre.

Referuntur actus positiui obtenti à Descendentibus Isabellæ de Torres à Tribunali S. Inquisitionis.

97. Quod autem Descendentes Isabellæ de Torres habuerint, non solum tres, sed sex, & vltra actus positiuos à Tribunali S. Inquisitionis, quod est Tribunal primo loco consideratum à dicta Pragmatica, vt ex contextu apparet ex rationibus adductis *Escobar. dicta part. 2. quæst. 4. artic. 3. num. primo*, est indubitatum, nam primo loco productus fuit coram Canonico Commissario titulus familiaris anno 1712. à Tribunali Inquisitionis concessus D. Principali *Summar. Principali num. 43., & secundo Summar. Addit. num.* 11., & postmodum fuit creatus Inquisitor totius Regni Murtiæ, vt notorium est in Vrbe: Secundum actum positiuum obtinuit alter Ioseph Fernandez Iubera Canonicus Doctoralis S. Ecclesiæ Conchen., qui fuit creatus Iudex S. Inquisitionis anno 1681. præuia puritatis probatione *Summar. Addit. num.* 11., tertium actum positiuum obtinuit Franciscus Iamon pariter descendens ab Isabella de Torres, qui post factam exactissimam probationem puritatis Isabellæ de Torres obtinuit creari in Familiarem S. Inquisitionis anno 1648. *dicti Summ. Addit. num. 12. per totum*, quartum actum positiuum obtinuit ab eodem Tribunali S. Inquisitionis Roccus Fernandez Iubera pariter recta linea Descendens ab Isabella de Torres, qui post factam, & admissam puritatis probationem creatus fuit Familiaris Tribunalis S. Inquisitionis de anno 1647. *dicto Summar. Addit. num.* 13., quocirca cum Descendentes Isabellæ de Torres obtinuerint, non solum tres, sed quatuor actus positiuos à Tribunali S. Inquisitionis dicuntur acquiuisse Ius clarum super puritate dictæ Isabellæ ex re iudicata irretractabili procedente, iuxta dispositionem d. Pragmaticæ ex solis tribus actibus positiuis, & multomagis ista res iudicata resultare debet ex quatuor actibus positiuis, quibus condecorati fuerunt Descendentes Isabellæ de Torres, etiamsi de præsenti Reuerendissimum Capitulum Toletanum comperijsset publica Instrumenta, vel alias liquidissimas probationes, quibus probata remaneret infectio Isabellæ de Torres, adhuc illam attendere non deberet, quia semper in iudicando debent præualere dicti tres actus positiui constituentes irretractabilem rem iudicatam, vt ad litteram probat dicta Pragmatica, *& Escobar.* qui illam glossauit, & eo ipso, quod in actis producuntur tres actus positiui constituentes irretractabilem rem iudicatam non ampliùs audienda venit exceptio impuritatis, etiamsi afferentur publica Instrumenta, & ineluctabiles probationes, quam Pragmaticam seruandam esse in omnibus, & quibuscumque Communitatibus condecoratis rigoroso impuritatis statu, vt disposuit gl. me. Philippus Quartus in dicta sua Constitutione §. final., vt ex verbis dictæ Pragmaticæ transcriptis per *Escobar. de Sanguinis puritate part. 2. quæst. 7. in principio* ibi = *Ordiniamo, e comandiamo, che tutto il disposto, e con-*

contenuto in questa Legge si osserui, adempisca, e s' eseguisca uniforme, & egualmente in tutti li Tribunali, Communità, e Collegij senza eccezzione, ne differenza alcuna = quæst.7. num.36.,37., & 38. præsertim quia fuit ad hunc præcisum effectum obligandi Communitates Ecclesiasticas in forma specifica confirmata per fa. me. Vrbanum Octauum.

98. Non obstante, quod Actus positiui non sint continuati, ex quo intercesserunt duæ non admissiones, nempè illa anni 1644. Collegij Sancti Idelphonsi, & altera anni 1679. Collegij S.Crucis, quia quoad Collegium Sancti Idelphonsi post non admissas probationes Hieronymi Iamon adfuerunt fauore huius Familiæ quatuor actus positiui supra relati, quo verò ad Collegium Sanctæ Crucis, licet adsint duo actus positiui ante, & duo post non admissionem Patrui Principalis, & sic quoad hoc Collegium non videntur dicti actus positiui continuati, nihiluminùs respondemus, quod dicta Pragmatica disponit, quod tres actus positiui Tribunalis S.Inquisitionis constituerent rem iudicatam irreuocabilem, & tribuerent omnibus Descendentibus Ius perfectum Puritatis absque vlla pænitùs distinctione, an sint continui, vel discontinui, quemadmodùm videmus, quod tres Sententiæ conformes constituunt rem iudicatam, licèt adsint vna, vel duæ Sententiæ intermediæ in contrarium, quia dum verè adest numerus trium interpellatio Sententiarum contrariarum non tollit effectum rei iudicatæ resultantis ex tribus conformibus, vt in puncto probant *Card. in clem. final. quæst.6. de appellat., Abbas, & alij Canonistæ in Clement. prima de Sententia, & re iudicata, Gratian. discept.42. num.2., & 3., Rota coram Comitulo decis. 220. num.13., Dunozett. Iun. decis.980. num.12., & in Recent. decis. 616. numero primo part.18., & decis.667. nu.2. part.19.,* & passim; cum enim lex disponat, quod tres Sententiæ conformes rem iudicatam constituant *Cap. pastoralis ibique Glossa, & Canonistæ de appellat. l.vnica Cod. ne liceat in vna eademque Causa, Clemen. vt calumnijs de Sent., & re iudicat., Scacc. de appellat. quæst.17. limitat.prima numero primo,* & passim in Rota hæc res iudicata oritur, siuè dictæ tres Sententiæ sint continuatæ, siuè adsit aliqua Sententia intermedia contraria, vt probant præcitatæ authoritates, ita in casu nostræ Pragmaticæ cum illa requirat tres actus positiuos ad constituendam rem iudicatam irretractabilem eo ipso, quo docetur adesse tres actus positiuos concessos à Tribunali destinato à dicta Pragmatica constituere debent rem iudicatam irretractabilem.

Non obstat illos nō esse continuatas, sed interruptas ex non admissionibus ad d. Collegia.

99. Et licet aduersùs rem iudicatam resultantem ex tribus Sententijs conformibus, quoties adsit intermedia Sententia contraria aperit viam Parti ad petendam in integrum restitutionem à Prin-

Respondetur Risfugia, quod probationes non sunt completæ.

Principe ; non tamen ità procedit in hac materia puritatis, in qua aduersus rem iudicatam procedentem à tribus actibus positiuis nulla restitutio concedi potest ex quacumque causa quantumuis legitima, nec quis audiri potest aduersùs dictam rem iudicatam, & puritatem per tres actus positiuos constabilitum, vt liquet ex littera Pragmaticæ, & ex *Gloss. d. Escobar, superiùs allegat.*

100. Neque credimus, quod ex parte Reuerendissimi Capituli Toletani sit denuò proponenda exceptio, quod per Canonicum Commissarium non fuerunt terminatæ probationes, quodque proindè non sit locus resolutioni huius Causæ, nisi prius informatio compleatur : Quoniam huiusmodi diffugium toties, & ad satietatem repetitum, & inculcatum vsque ab initio est omni penitus fundamento destitutum, non solum ex eo, quod Reuerendissimum Capitulum Toletanum Commissionem dedit d. Commissario, vt post completam informationem *Processum clauderet, & sigillaret, & ad Ecclesiam Toletanam rediret, Summario Principali num. 6. litt. A.*, quocirca cum dictus Commissarius post completum Processum informatiuum illum claudi, & sigillari suo Notario, & Segretario mandauit, proùt fuit sigillatus, & clausus, & ad Ecclesiam Toletanam rediuit, hoc factum ad euidentiam ostendit, Processum informatiuum fuisse completum, nam si Commissarius informationem non terminasset, Processum non clausisset, neque sigillasset, & multò minùs ad Ecclesiam Toletanam redijsset.

101. Indubitanter quia Reuerendissimum Capitulum Toletanum decreuit, quod Canonicus Commissarius ab ipso deputatus suum munus rectè impleuerat, *Summario Principali num. 70. litt. B.*, quocirca cum munus dicti Canonici consisteret in formando, & complendo Processu informatiuo, eo ipso, quod Reuerendissimum Capitulum declarauit, Canonicum Commissarium suum munus rectè impleuisse ; iàm declarauit, informationem fuisse factam, & completam, quia si Processum non compleuisset vtique suum munus non compleuisset, vt rectè firmauit huius Causæ Decisio Reuerendissimi Decani §. . . indubitanter quia hæc exceptio non amplius proponi potest, nam cum Reuerendissimum Capitulum petijsset à Summo Pontifice vt Signatura Gratiæ declararet probationes non esse finitas, vt ex *tertio Summ. Addit. num. 6. litt. A.*, & Signatura Gratiæ hanc Instantiam reiecit, mediante rescripto *Nihil d. Summ. num. 7. litt. A.* vtique exceptio reiecta à Signatura Gratiæ nequit ampliùs proponi, neque ampliùs prætendi, probationes non esse completas.

102. Et præmissa fiunt euidentiora, nam cum Reuerendissimum Capitulum Toletanum duas dederit dicto Canonico Commissario

rio Instructiones, quibus se debebat conformare, vt ex *Summario Principali num.5., & 6.*, & Commissarius ad vnguem omnia contenta in dictis Instructionibus adimpleuit, vt ex Processu liquidissimè apparet, vtiquè iniustissimum est diffugium Reuerendissimi Capituli, quo declarauit Processum non esse completum, quæ diffugia fuerunt summoperè prohibita in Statuto Sanctę Ecclesiæ Toletanæ confirmato per Sedem Apostolicam, *Summario num.3. litt.F.* cum Canonicus Commissarius, juxtà formam dicti Statuti, & confirmationis Apostolicæ, ad aliud non teneatur, quàm ad exequendum ea, quæ à Capitulo illi præscribuntur, vt liquet ex *tertio Summario Additionali numero primo litt. G.* ibi = *Motu proprio &c. tenore præsentium statuimus, & ordinamus &c. quod informationes modo, & forma præmissis sumendæ &c. diligentius, & absque dilatione, ac sublatis etiam de medio excusationibus, quantumuis licèt iustissimis, & subterfugijs quibuscumque à Personis de dicto Capitulo per idem Capitulum ad id, vt præfertur nominandis, & deputandis habeantur &c. & Personæ à se assumendæ, & prò tempore deputatæ informationes ipsas sumere, & prò illis habendis ad loca necessaria Personarum huiusmodi accedere, & inibi informationes ipsas vsque ad debitum finem, iuxtà sibi ad hoc per præfatos Capitulum datum ordinem adire, & alias debito modo perficere* = quocircà cum Canonicus Commissarius omnia in Instructionibus contenta adimpleuerit, & perfecerit, & nihil prætermisit de illis, quæ in dd. Instructionibus, & ordinibus datis per Capitulum, sed omnia adimpleuit, vtiquè hoc casu Processus informatiuus dicitur terminatus, & perfectus, iuxtà formam dicti Statuti, & confirmationis Apostolicæ.

303. Quia dicatur deficere probationes, ex quo Commissarius Reuerendissimi Capituli non comperijt Partitam Baptismatis Isabellæ de Torres, nam vltra quod id in præcitatis Instructionibus non continetur, vt ex *Summario num.5., & 6.*, dicimus per Canonicum Commissarium hanc diligentiam non fuisse prætermissam, nam cum omnes ferè Testes deposuissent, Donna Isabellam de Torres fuisse originariam Terræ Acquauiuę Canonicus Commissarius se contulit ad Terram Acquauiuæ, ibique à Paroco, & Sacrista sibi exibere fecit omnes Libros antiquos, & modernos, qui conseruabantur in dicta Parochiali Ecclesia dictæ Terræ, qui cum non attingerent tempus Natiuitatis Isabellæ de Torres, vt ex *quarto Summario Additionali num.2. litt.Q.*, dictus Commissarius examinauit tàm Parocum dictæ Parochialis Ecclesiæ, quã Sacristam eiusdem, an in dicta Parochiali Ecclesia adessent Libri antiquiores, & ambo responderunt, nullos alios Libros antiquiores adesse, neque illos vmquam vidisse, aut audiuisse, quod adfuissent, *dicto quarto Summario Additionali num.2. litt.G.*, &

Respondetur obiecto, quod Canonicus Commissarius non compulsauit fidem Baptismatis Isabellæ de Torres

proin-

proindè Commissarius fecit diligentias prò reperienda Fide Baptismatis dictæ Isabellæ de Torres, & reperire non potuit.

103. Et ratio est, quia ante publicationem Sacri Concilij Tridentini Partitæ Baptismatum, & Mortuorum in Ecclesijs Parochialibus non adnotabantur, sed post publicationem cautum fuit, vt fierent Libri, in quo essent describenda nomina eorum, qui baptizabantur, & Liber, in quo notarentur nomina mortuorum, vt liquet ex dispositione Concilij *Sess.24. cap.2.*, vbi *Barbos. num.28.*, idemque *Barbos. de Parochis cap.7. num.2.*; cumque post dicti Decreti Sacri Concilij Tridentini æditionem coacti fuerunt Parochi habere Libros Baptismatum, & Mortuorum, hinc Anno 1551. Don Ferdinandus Nino Episcopus Siguntinus imprimere fecit instructionem circa modum, quo Parochi præcitatos Libros habere deberent, & quo partitas describere tenebantur in dd. Libris, & voluit, vt primus Liber inciperet à dicta Instructione impressa *dicto 4. Summario Additionale num.2. litt.C.*, & tùnc in Terra Acquauiuæ ceptum fuit haberi Libros Baptismatum, & Mortuorum, & hæc est ratio, propter quam Libri antiquiores in dicta Parochiali non adsunt, sed haberi cæperunt post publicationem Decreti Sacri Concilij Tridentini, & incipiunt à dicta Instructione impræssa, & subscripta à Visitatore Generali Episcopatus.

Respondetur obiecto, quod Canonicus Commissarius non compleuit probationes, ex quo non compulsauit Processus informatiuos.

104. Minus obstat, quod Commissarius non compulsauit Processus informatiuos Collegiorum S. Crucis, & Sancti Idelphonsi. Primò quia Reuerendissimum Capitulum in suis Mandatis, & Instructionibus non mandauit, vt dd. Processus compulsaret, sed solum ei iniunxit, vt examinaret Collegiales dd. Collegiorum, qui de illo tempore in Collegijs adesse potuissent *Summario nu.5. litt.B. §. Che il detto Signore esamini*, quod totum Canonicus Commissarius adimpleuit, dum examinauit quamplures Seniores Collegiales dictorum Collegiorum, vt ex *Summario principali à n.57. ad 67.*

105. Non obstante, quod adhuc dd. Informationes compulsare tenebatur: nam primo loco dicimus, quod dictas Informationes nullatenùs compulsare poterat, tùm quia dicta Collegia habent Statutum non ædendi informationes, quas capiunt, confirmatum à Sede Apostolica, tùm quia erant Iuramento adstricti ad illos non ædendum, itaùt opus fuit dicto Reuerendissimo Capitulo obtinere à Summo Pontifice facultatem compellendi dicta Collegia ad æditionem dd. Processuum informatiuorum, non obstantibus Statuto, & Iuramento, vt ex Commissione, de qua in *tertio Summario Additionali num.5. litt.B., & C.*, & proindè Canonicus Commissarius hanc facultatem non habebat compellendi Collegia ad æditionem dd. Processuum obstantibus Statuto confirmato per Sedem Apostolicam, & Iuramento.

106, Vl-

106. Vltà quod RR. PP. adést inueterata, & inconcussa praxis, & consuetudo in Regnis Hispaniarum, quod huiusmodi Processus informatiui numquam ædantur, nec Collegiales, & cœteræ Communitates habentes Statuta Puritatis, tamquam secretæ Informationes compelli possunt ad dictas Informationes ædendas, & relatis infinitis auctoritatibus Hispanis plenè probat *Parexa de Instrum. ædit. part. 2. tit. 10. resolut. 4. num. 1.*, & quia hæc praxis, & vniuersalis consuetudo Regnorum Hispaniæ à nonullis Doctoribus reprehenditur hinc idem Parexa pluribus iuridicis, & legalibus fundamentis ostendit, quod dicti Processus nullatenùs sunt ædendi, neque Communitates, & Collegia cogi posse ad dictorum Processuum editionem *dicta resolut. 4. à num. 18. ad finem*, & vna ex præcipuis rationibus, quas adducit, illa est quia dicti Processus informatiui, nullam penitùs constituunt probationem, imò neque adminiculum, vt plenè probat *Parexa dicta part. 2. tit. 10. resolut. 4.*, quocirca cùm Collegia habent Statuta non ædendi dictos Processus, si iurant dictos Processus custodire secretos, eosque non ædere, si neque de iure, neque ex vniuersali consuetudine Regnorum Hispaniæ, ad æditionem cogi poterant dicta Collegia, vtique exceptio Reuerendissimi Capituli est omni fundamento destituta, quia prætendit non esse completas probationes, ex quo non fuerunt compulsata documenta, quæ impossibile erat, vt Canonicus Commissarius illa compulsare posset, & prætendit, vt id, quod est impossibile, fieret à Canonico Commissario possibile.

Non est permittenda, nec permittitur in Regnis Hispaniæ compulsatio Processuum informatiuorum.

107. Prætereà cùm dicti Processus informatiui, tàm de iure, quàm ex vniuersali consuetudine Regnorum Hispaniæ nihil probant, & quod magis est, non faciunt adminiculum, inutilis prorsùs reddebatur illorum compulsatio, vt pleniùs probabimus in Dubio super Compulsoria, quod in hac eadem Rota proponitur.

108. Denique tunc probationes non essent finitæ, quotiès ex Processu informatiuo plenè non constaret, aut de Puritate, aut Impuritate, itaùt documenta, quæ deficere conqueruntur Canonici essent necessarij ad Causæ determinationem. In casu nostro ex Processu informatiuo plenè constat de puritate, & asserta documenta, quæ requirunt Reuerendissimi Canonici non erant necessaria ad Causæ decisionem, nàm quoad originem Isabellæ de Torres, licèt deficiat fides Baptismatis illius tamèn ex sex antiquissimis Instrumentis aparet, quod dicta Isabella de Torres fuit originaria Terræ Acquauiuæ, vt supra probauimus, & Processus dictorum Collegiorum non erant necessarij, tùm quia ex eodem Processu constabat, dictum Iamon, & Patruum Principalis non fuisse in dictis Collegijs admissos, propter falsas duorum Testium depositiones, tùm quia ex dictis Processibus informatiuis nulla de-

Tunc informationes dici possunt non finitæ, quotiès ex Processu informatiuo non constet neque de Puritate, neque de Impuritate, itaùt dubia remaneat probatio.

desumi poterat probatio impuritatis, aut aliquod adminiculum, vt supra probauimus, & proindè est merum diffugium, est notoria concussio illa exceptio, quod probationes non sunt finitæ, aut completæ, cùm illæ, quæ à Capitulo desiderantur non erant necessariæ ad Causæ decisionem, & determinationem.

109. Parcant quæso RR. PP., si in hac Causa videamur nimis diffusè illam pertractasse, & examinasse, quia cùm tractetur de causa honoris Illustris Familiæ, oportet defensionem prolixam componere, vt omnibus constare possit de puritate huius Familiæ, & quanta patientia Principalis tollerare cogitur tot diffugia, tot iniurias, & animi rancores cum magno suo dispendio vltra vires, & honoris lęsione; non enim apud Hispanos apparet credibile, quod si Familia Principalis non esset infecta clarè, & concludentèr, tanto conatu Reuerendissimum Capitulum Toletanum se opponere voluisset admissioni D. Principalis actualis Inquisitoris Regni Murtiæ ad Canonicatum, & Præbendam dictæ S. Ecclesiæ.

Quarè &c.

Vitus Angelus Cauallettì.

R. P. D.

CORIO

Toletana Canonicatus

PRO

Illmo, & Rmo D. Canonico Ioseph Fernandez de Iubera Inquisitore totius Regni Murtiæ.

CONTRA

Illmum, & Rmum Capitulum Toletanum.

Facti.

Typis Zinghi, & Monaldi 1722.